Pantheon Godefridi Viterbienſis.

Omeliæ Radulphi Actonis.] *Hiis verbis fratres.*

Computus Roberti Lincolnienſis.] *Capitulum primum.*

Vita S. Gulielmi Nordovicenſis à Thoma, monacho Monumetenſi, ad Gulielmum, epiſcopum Nordovicenſem, ſcripta. Prologus carmine ſcriptus eſt.] *Martyres egregii.* Cetera ſcribuntur ſoluta oratione.

Ex hiſtoria de Meriadoco ſcripta per R.

Arglud ſylva in Wallia.

Sylva Fleuentana ibidem.

Snowdune mons munitus circa tempora Arturi à Griphino, fratre Carodoci.

Apud Prædicatores.

Diſtinctiónes theologicæ, autore Gulielmo Lincolnienſi cancellario.] *Arcus dicitur Chriſtus.*

Cosby ſuper Apocalypſim.] *Quod vides ſcribe.*

Fyzaker ſuper primum nocturnum Pſalterii uſque ad, "Deus deus meus reſpice."] *Iſte liber docet.*

Apud Franciſcanos.

Bacon de locis. liber eſt Geographicus.] *Quoniam infinitum eſt.*

Apud Carmel:

Corrogationes Promethei.

Quæſtiones naturales Adelardi per dialogos, ipſo & nepote interlocutoribus.

Euclides de oculo. } uterque libellus ſublatus.
Idem de viſibus. }

Damaſcenus de vera fide.

Suetonius de Cæſaribus.

Alredi Rievallenſis hiſtoriola.

Ricardus medicus de ſignis.

Aluredus de motu cordis.

Geometria Wiberti pſeudoapoſtolici.

Liber Nicolai de Linnea de judiciis, tabulis, & aliis aſtronomiæ tractatibus.

Rhetorica Ariſtotelis.

Ariſtoteles de coloribus.

Terentius. vetus codex.

Albritius de origine deorum. furto ſublatus.

Apuleius de deo Socratis.

Cœnobium

Cœnobium S. Benedicti apud Fennicolas, ex donatione Canuti regis, qui pro heremitis monachos induxit. Pag. 26.

Alexander Nequam de utenſilibus.] *Cum rerum notitiam.*

R. Lincolnienſis doctiſſimi commentarii ſuper libros Dionyſii de Hierarchia.] *Non invenio in exemplari Græco.* Ley. Hinc apparet, Lincolnienſem Græce fuiſſe eruditum.

Summa, alias ſpeculum ſacerdotum Richardi de Leyceſtria.] *Qui bene præſunt.*

Chronicon de Alexandro Mag:

Henricus Huntingdunenſis de herbarum virtute carmine.

Walſingham.

Sacellum D. Mariæ inchoatum tempore Edwardi Confeſſoris. Deinde tempore Gulielmi Nothi inducti ſunt canonici.

In bibliotheca.

Gervaſius ſuper Pſalterium.

e

Joannes Capgravus, frater Auguſtinenſis, de Lino ſuper libros regum ad Joannem, epiſcopum Aſſavenſem.] *Quod in regnorum libris.* Floruit circa tempora Henrici ſexti.

Caſtelaker ex fundatione comitum de Waren.

Boëtii Grammatica.

Scholia Paſchaſii ſuper librum generationis.

M. Fabii Quintiliani ſolutiones.

Gelibertus Altiſiodorenſis ſuper Hieremiam.

Beda ſuper parabolas.

Beda ſuper actus apoſtolorum.

Beda de ſitu orbis.

Linne.

Croyland. [Linc.]

Ex tabula quadam deſcripta. Pag. 27.

S. Guthlacus heremita Croylandiæ inſulam à demonibus liberavit, tandemque ibidem obiit, & ſepultus eſt.

S. Cyſſa, ex pagano factus Chriſtianus, ſucceſſit Guthlaco.

Etheldrutha, Offæ regis filia, & uxor Ethelberthi regis & martyris, poſtea monialis ibidem ſepulta.

Beccelinus, S. Gudlaci diſcipulus, ibidem ſepultus.

Ethelbaldus, rex Merciorum, poſt Gudlaci anachoritæ tempora

tempora Croylandiam adduxit monachos, & eccleſiam novam fabricavit, quæ poſtea per Hinguarum & Hubbam penitus ſpoliata & deſtructa fuit.

Eccleſia vero, quæ nunc extat, opus fuit Ingulphi Normanni, ejuſdem monaſterii abbatis.

In bibliotheca.

Rogerus Dymmoc adverſus Wicleſum.
Waleys ſuper Pſalterium.
Robertus Tumbeley ſuper Cantica Cant:
Fulcherii hiſtoria.
Turpini hiſtoria.
Hiſtoria de Ricardo rege carmine ſcripta.

Hye Lindeſey and Low Lindeſey. Provincia Lindenſis ab Anglis in treis partes diviſa, nempe Lindeſiam, Keſteney, & Hollandiam. Hollandia rurſus dividitur in ſuperiorem & inferiorem. Superioris Hollandiæ Kirton, ſecundum quoſdam Botolphodunum, alias Boſton, primum oppidum eſt. Inferioris Hollandiæ caput eſt Croylandia. Hæc pars inferior continet undecim villas.

Baſſe dyke Water. Welanda flu. oritur ultra Stawnford, per quod etiam præterlabitur. Inde Depingam alluit, & Croylandiam petens apud pontem ipſum, qui in medio oppido aſſurgit, in duo brachia ſe dividit, quorum alterum Spaldingum petit, & vocatur Newdrene, tandemque apud Foſdike Stow opp: in mare devolvitur. Alterum vero Viſibecam petit, & à multis vocatur Sowthe. Ex Sowtha rurſus duobus ſupra Croylandiam miliaribus procurrit brachium, & Thorneiam alluit, vocaturque Wrythelake, ubi in ſe recipit brachium Neenæ fluminis, quod prope Petroburgum excurrit ad Thorneiam recta defluens, ubi una cum Vagolacu curſum continuat, donec uterque apud Murrho op. 6°. a Viſibeca miliario in Sowtha flu. ſe abſcondat. Olim etiam è [1] Sowtha & aliud evagabatur brachium, vocatum Shepeſhey, ab ovibus vicinis alendis forſan ſic dictum Nam Shepehey ſignificat ovium inſulam, & apud Hoplode op. 14°. à Lino miliario in mare ſe exonerabat. Sed hujus brachii curſus ſolitus jam ceſſavit, & hinc fiunt multæ inundationes non ſine gravi Fennicolarum damno, quia os obſtructum eſt per quod ſolebat in mare defluere.

Non vocatur Newdrene niſi præterlapſo Spaldingo.

Novodrena

Wysbeche

d Hîc nota quod Writhelak tantum foſſa eſt, quæ ducit à Nene ad Southey, in uſus Thorneienſis monaſterii facta.

[1] Certo non novi num hoc brachium ab Welanda, Sowtha, vel Vagolacu erumpat.

Pag. 28. *Thorney, fundatore Edgaro, ante cujus tempora erat anachoritæ ſedes.*

Eglogæ aliquot Marci exquæſtoris, qui floruit tempore Juſtiniani.

Iſagoge

Iſagoge Porphirii Victorino interprete.
Waleys ſuper quinque libros Moſes.
Necham, qualis eſſe debeat vita monachorum, carmine.] *Quid deceat monachum.* Leyland. Legi tamen hunc libellum cum titulo Anſelmi. Sed veriſimilius eſt, Neccham ſcripſiſſe. Erat enim doctior Anſelmo carmine.
Joannes Cornubienſis de virtute crucis in ſacramento altaris.

Peterburg.

Peterborg antea dicebatur Medehamſtede. Hîc Peada, Wulferus, & Etheldredus, fratres, conſummaverunt nobile monaſterium in honorem S. Petri, poſtea à Danis incenſum, & tandem ab Edgaro rege poſt centum fere annos reparatum. Oſtendunt monachi Oſwaldi brachium, rem ſane admirabilem.
Neena flu: oritur 4°. ſupra Northampton miliario in agro, qui vocatur Neenemere. Hæc autem oppida alluit: Northampton, Owndele, Peterburgh, prope quod dividitur in tria brachia, quorum unum Thorneiam, aliud Wisbeche, 3m. Rameſiam petit. Deinde paludes & ſtagna lata faciens, redit ad alveum, & prope Lindum in mare devolvitur.

In bibliotheca.

Girardus Cameracenſis ſuper Pſalterium.
Paſſio Sanctorum Wolfadi, & Rufini, filiorum regis Wolpheri.
Tropologia ſuper duodecim prophetas, collecta inter prælectiones magiſtri Stephani Langeton per R. de Lincolnia.
Rabanus in libros Machabeorum ad Ludovicum regem.
Libellus eccleſiaſticorum dogmatum Gennadii.
D
Robertus de Tumbeleia ſuper Cantica.] *Os ſponſi inſpiratio Chriſti.*
A
Solutiones Ernulphi, epiſcopi Rofenſis, ad quaſdam quæſtiones Lamberti, abbatis S. Bertini.] *Venerabili ac gremio charitatis.* Gallus erat.
Beda ſuper Pentateuchum.
Beda ſuper Apocalypſim.
Bedæ in Samuelem allegorica expoſitio.
Vita S. Euſtachii carmine heroico.
Liber epiſtolarum Gulielmi de Sempringham.
Vita Giſleni epiſcopi Græci.
Vita Felicis eleganti carmine ſcripta.
Freculphi hiſtoria.

Burne, cœnobium canonicorum. Pag. 29.

Burne nomen capit à fluvio ejuſdem nominis præterlabente. Oritur autem hic fluvius non procul ab op: & fontem habet mire torrentem, defluitque per Pinchebeke, deinde Surfletum

fletum petit, poſtremo vero Novodrenæ, Welandæ brachio, ſe ſociat.

[1] Gatebrige water. [1] Hiſtoriola de Britannia.

Sempringham.

Spaulding.

Fundavit D. Lucia circa tempora Gulielmi Nothi cœnobium de Spawlding.

Adalberti Diaconi liber ad Hermannum presbyterum.

Exorciſmus ſive baptiſterium Alexandri Neccham.] *Huic operi talis præponitur titulus.*

Suinyſhed, cœnobium Barnardinorum, à Latimerio temporibus Stephani regis incheatum.

Botolphodunum, alias Boſton.

Rivesby, cœnobium Barnard:

Conditum tempore Stephani regis.

Vita Modwennæ, virginis Hybernicæ, autore Galfredo, abbate Burtoniæ.] *Diu deſideraveram.*

Robertus, Burlingdunenſis canonicus, ſuper 12m. prophetas.] *Teſte beato Hieronymo.*

Kyrkſtede, fundatum tempore regis Stephani.

Topholme, canonici albi.

Fulcherii hiſtoria.

Hiſtoriolæ de Britannia fragmentum.

Pag. 30. *Bardeneienſes monachi primum fundatorem non noverunt. Ita enim erat cœnobium vi Danica deturbatum.*

Ex

Ex veteri chronico, Anglice ſcripto.

Corpus S. Oſwaldi primum Bardeneiæ ſepultum, ubi erant id temporis trecenti monachi, quorum abbas Lindeſeiæ dominus fuit. Poſtea cœnobium vel ad ſolum proſtratum eſt ab Inguaro & Hubba Danis, reparatum vero poſt multos annos à Giſliberto de Gaunt, Gulielmi Nothi avunculo.

Beda ſuper actus apoſtolorum.

Vita Oſwaldi carmine.] *In nova fert animus.*

Iſidorus ſuper vetus teſtamentum.

Anſelmus ſuper epiſtolas Pauli.

Pompeius ſuper Donatum.

Lindum.

Ex tabula appenſa columnæ eccleſiæ cathedr:

Anno Domini DCLI. S. Botolphus abbas monaſterium conſtruxit prope orientalem partem Lincolniæ in Ycanno. Leyland. Deſtructum fuit hoc cœnobium à Danis, poſteaque leviter reparatum, ut nunc ſit monaſteriolum duorum aut trium monachorum Marianorum Eboraci.

Remigius epiſcopalem ſedem à Dorkeſter Lindum tranſtulit, & nobilem illam baſilicam Lindenſem, quæ nunc extat, condidit.

Inveniuntur frequenter ab aratoribus, ultra ſuperiorem partem urbis, numiſmata vetuſtiſſima; unde inditium eſt, ampliorem olim in ea parte fuiſſe civitatem, & conjectura eſt recentiores ad urbis partes inferiores, aquæ gratia, deſcendiſſe. Qui enim inferiora loca habitant Eyia circumdantur. Eſt autem Eya flu. Withamo fluvio nomen præripiens. Withamus, ſic dictus ab Witham oritur octavo ſupra Grantham miliario tenui fonte, & cum Granthamum alluit, nec latus, nec profundi alvei eſt. Sed multis auctus rivulis antequam Lindum perveniat celebris eſt, navicularum piſcatoriarum patiens, ſed prope Lindum nomine mutato Eya vocatur. Eoque in loco, ubi nomen mutat, brachium expandit, quod urbis inferiora loca circumvagatur, excurſoque uno aut duobus miliaribus parenti ſe ſociat. Hinc forte Eya flu: dictus, quod urbis inferiorem partem inſulam faciat. Nec me interim fallit, quoſdam eſſe, qui Eiam pro ſimplici aquæ vocabulo accipiant.

Sunt qui adfirmant, Lindim oriri apud Witham, aut non longe ab eo pago. Witham autem 4. paſſuum millibus diſtat à Grantamo in ipſa pene via quæ ducit à Londino Grantamum.

Sunt qui Lindim flu: Ree Ang: appellant. Sed illud generale magnorum apud Anglos fluminum nomen.

Ley:

Vide num rectius Axholm legi poſſit, quo nomine eſt & inſula quædam.

Landford brige opp.

Ancholm flu. oritur . . . . defluit per Lanfordbrige, tandemque in Humbrum devolvitur.

[Linc.] Pag. 31. *Thorton cœnobium canonicorum ex fundatione Gulielmi le Groſſe, comitis Albemariæ.*

Robertus presbyter ſuper Cantica.

Sententiæ Albini de prima & 2ª. ſeculi ætate.] *Moſes per revelationem dei.*

Radulphus Lugdunenſis ſuper Apocalypſim.

Petrus de Vineis pro Frederico contra Pontificem Romanum.

[Ebor.] *Hulla, proprio nomine Regium, Regiodunum, vel Regia.*

Hulla flu. qui vi Humbri fluminis æſtum patitur, oritur ex tribus fontibus, quorum maximus eſt prope Drifeldam pagum, qui à Regioduno abeſt ſexdecim miliaribus. Secundus apud Eſtburnam oritur. Tertius autem apud Emmeſwelam. Ii tres non procul à Drifelda in unum alveum coeunt, curſumque ſociant ad Regiam, poſtremoque in Humbrum ſe exonerant.

Et quoniam fons Hullæ flu: in memoriam vocavit pagum Drifeldenſem, operæ pretium videtur & de Parva Drifelda loqui. Habet enim eccleſiolam, ſed celebrem monumento cujuſdam [a] Saxoni regis cum inſcriptione Latina. Adjacet & Drifeldæ ager cognomento Danicus, multis interfectorum tumulis ſpectabilis. Famaque vulgaris eſt, belli alea regem in illo occubuiſſe agro, ſæviente per illa tempora tyrannide Danica.

[Ebor.] *Beverlake.*

Beverolacenſes in ſigillo publico pro inſigni habent animal, quod vulgo Bever vocatur.

Utuntur Beverolacenſes brachio, ex Hulla flumine derivato, quo merces commode importent & exportent. Habent etiam ad voluptatem tenuem rivulum, ex Weſtwodde defluentem.

S. Joannes, epiſcopus Eboracenſis, in oppido ſuo Beverolaco cœnobium monachorum inſtituit, in quo ſepultus eſt, una cum S. Brithuno ejus diacono, quem ibidem conſtituerat relligioſorum abbatem.

S. Winwaldus ibidem ſepultus.

Monaſterium Beverolacenſe olim à Danis deſtructum, quo tempore erant & monachi & velatæ virgines in eodem cœnobio.

Pag. 32. *Mewſe.*

[a] *Sic.* *Watton.*

Watton.

Bridlington.

Gualterus de Gaunt, filius Gisbrichti de Gaunt, erexit cœnobium canonicorum Bridlingodunenſium.

In bibliotheca.

Anſelmus de conceptu virginali.
Fulgentius de Trinitate ad Donatum.
Alexander Neccham ſuper Eccleſiaſten.
Achardi liber de Trinitate.
Commentum Tebith, filii Chori, ſuper Almageſtum Ptolemæi.
Robertus, cognomento Scriba, 4us. Prior Bridlingodunenſis cœnobii, floruit circa tempora Stephani, & Henrici ſecundi, ſepultuſque eſt in clauſtro ante fores capituli, cum hoc epitaphio: "Robertus Scriba, quartus Prior." Fuit autem vir magnæ in ſtudiis diligentiæ, & hæc, quorum nomina ſequuntur, ſcripſit volumina:
Super Geneſim.
Super Exodum.
Super Leviticum.
Super librum Numeri.
Super Deuteronomium.
Super duodecim Prophetas.
Super Pſalterium.
Dialogus ejuſdem.
Super Matthæum.
Super Joannem.
Super epiſtolas Pauli.
Super Apocalypſim.
Liber ejuſdem de corpore & ſanguine domini.
Liber ejuſdem de eccleſia catholica.

Malton. Pag. 33.

Extant hîc veteris caſtelli ruinæ.

Darwent flu: oritur prope Scardeburg, deinde Maltonam & Kirkeham alluens in Uſa ſe abſcondit.

Tres fluvii in Doruentionem ſe exonerant, Ria, Ricollis, & Sinnington Water, quartus etiam, ſecundum quoſdam, Coſt, vel (ſi recte memini) Doue nomine.

Ria oritur in Blakemore amnis per ſe non minor Doruentione, defluitque (niſi fallor) per Riavallenſe monaſterium,

& per Helmeſleam opp. Poſtremo uno à Maltona miliario Doruentionis ſinum intrat.

Ricollis oritur in Blakemore amnis longe minor Ria, & tribus ſupra Maltonam miliaribus in Riam defluit.

Sixinga.

Doue.

Choramum

Kyrkeham cœnobium canonicorum ex fundatione Gualteri Eſpec.

Decreta Anſelmi.

Gulielmus Meldun de regibus.

Hiſtoriola de virtute Gualteri Eſpec, autore Alredo, abbate Riævallenſi.

Eboracum à Gulielmo Notho deletum.

Ubi nunc eſt cœnobium S. Mariæ tempore Gulielmi Nothi locus ejiciendis ſordibus deſtinatus, & in quo ſolebant de ſontibus ſupplicium ſumere. Datus hic locus erat tribus aut 4or. monachis de Wytby ab ipſo Gulielmo rege, cum poteſtate ædificandi cœnobiolum. Auxit hanc pietatem patris Gulielmus Rufus, cœpitque ibidem ædificare auguſtius aliquid. Tandem vero abbas Warwike, homo nobili ſanguine natus, magnificentiſſimum, quod nunc non extat, templum magno animo incepit, & poſt viginti duos annos majori conſummavit.

Conſtans fama eſt, aliquot villas eſſe uno ab Eboraco miliario, ubi ante tempora Gulielmi Nothi termini erant ſuburbanarum ædium.

Uſa fluvius.

Foſſa amnis piger, inſtar ſtagnantis aquæ collectæ ex pluvia & terræ uligine, originem habet ultra caſtellum Huttenicum, terminatque fines Calaterii nemoris, tandem ſerpens prope caſtellum Eboracenſe in alveum Uſæ flu:

Pag. 34. *In bibliotheca S. Petri, quam Flaccus Albinus, alias Alcuinus, ſubinde miris laudibus extollit, propter inſignem copiam librorum, tum Latinorum cum Græcorum, jam fere bonorum librorum nihil eſt. Exhauſit enim hos theſauros (ut*

(*ut pleraque alia*) *& Danica immanitas, & Gulielmi Nothi violentia.*

Rogerus de Waltham, canonicus Londinenſis, de nobilibus dictis & factis.] *Sapentiam antiquorum.*

Commentarii Weteley ſuper Boetium de diſciplina ſcholarium.

In bibliotheca Mariana.

Albertus Muſacus Patavinus ſuper Tragœdias Senecæ.

Trivet ſuper Tragœdias Senecæ.

Hilaſii carmen de Hercule, quod vulgo aſcribunt Verg:] *Oppreſſit Nemeæ.*

Hormannus de compoſitione aſtrolabii.

Vita S. Joannis, archiepiſcopi Eboracenſis, per Folchardum, monachum S. Trinitatis Cantuariæ, ad Aldredum, archi: Ebor:

Ex vita S. Machuti.

Machutus factus fuit epiſcopus Guminæ civitatis, ubi pater ejus comes fuit.

Hampole ſuper Pſalterium.

Idem ſuper lectiones mortuorum.

Idem ſuper Trenos.

Idem ſuper aliquot loca Canticorum.

Idem ſuper orationem dominicam & Symbolum.

Idem de emendatione peccatoris.

Idem de amore.

Idem ſuper Judica me deus

Idem ſuper Apocalypſim.

Ricardus Hampole heremita obiit anno domini 1349°. in feſto Sancti Michaëlis.

Hiſtoria Radulphi de Diceto, decani S. Pauli Londin:

Lincolnienſis de corde.] *Præparate corda veſtra domino.*

Giraldus Cambrenſis in libro de Topographia Hyberniæ ſcribit, Cireceſter, poſt incenſam urbem ſtratagemate per paſſeres facto, civitatem paſſerum fuiſſe appellatam. Cirenceſtre civitas paſſerum.

Trivet ſuper libros Auguſtini de civitate dei.] *Glorioſa dicta ſunt.*

Lincolnienſis ſuper libros Poſteriorum.] *Scire autem opinamur.*

Neuburg, cœnobium fundatum per Moubreium. Pag. 35.

Gulielmus cog. Parvus canonicus Novoburgenſis ſuper Cantica.] *Crebra mihi juſſione.* Leyland. Dedicavit opus Rogero, 2°. abbati Bellandiæ, qui vixit anno Domini M. CXLI°. unde facile eſt cognoſcere quo tempore floruerit Gulielmus Parvus.

Gulielmi Parvi hiſtoria Neoburgi nuſquam comparet; extat tamen in Wellenſi bibliotheca.

Bellandiæ

Bellandiæ cœnobium à Rogero Moubreio erectum.

Robertus forſan Prior Brillendune.

Rodbertus ſuper Leviticum.

Balduinus, monachus Fordenſis, & poſtea archi: Cantuar: de commendatione fidei, & de ſacramento altaris.

Croi

Omeliæ Gileberti, abbatis Hoylandiæ.

Enchiridion ſuper Apocalypſim.

Rievallis, fundatore Gualtero de Eſpec.

Centum ſententiæ Walteri Danielis, diaconi Alredi, abbatis 2i. Rievallenſis, qui floruit circa tempora Stephani, & Henrici 2i. poſtea in numerum Sanctorum relatus.

Ejuſdem omeliæ centum.] *Adventus domini ſanctum tempus.*

Epiſtolæ ejuſdem, juſtum volumen.] *Mandaſti mihi.*

Expoſitio ejuſdem ſuper Miſſus eſt angelus Gabriel.

Idem de virginitate beatæ Mariæ.] *Crebris me Gualterum provocas.*

Idem de honeſta virginitatis formula.] *In prima hujus operis particula.*

Idem de onere jumentorum auſtri duos libros ſcripſit.] *Animadvertens mi Gualter.*

Ejuſdem libri quinque de vera amicitia.] *Quaſi in bivio.*

Ejuſdem de conceptione beatæ Mariæ libri duo contra quendam Nicolaum.] *Contra Nicolai monachi.*

Alredi, ſecundi abbatis Rievallenſis, liber de ſpirituali amicitia.] *Cum adhuc puer eſſem.*

Omeliæ aliquot ejuſdem.] *Dicite puſillanimes.*

Idem de ſpeculo charitatis.] *Vere ſanctorum vera & diſcreta humilitas virtus.*

Ejuſdem libri duo de vita S. Edwardi confeſſoris ad [a] . . . . . abbatem Weſtmonaſterii.] *Multis veterum ſtudio fuiſſe didicimus.*

Ejuſdem libri duo de vita Davidis, regis Scotiæ.] *Quoniam de optimis moribus religioſi regis Davidis.*

Vita Niniani epiſcopi eodem autore.] *Multis virorum ſapientum.*

Idem de miraculis Haguſtaldenſis eccleſiæ.] *Præſentis diei veneranda feſtivitas.*

Pag. 36. Ejuſdem liber epiſtolarum.] *In quieto littore.*

Omeliæ ejuſdem, juſtum volumen.] *Petis à me fili.*

Caſſiodorus ſuper Cantica.

Caſſiodorus ſuper Hieremiam.

Omeliæ quadraginta Roberti Krikeladenſis, Prioris S. Fredeſwidæ Oxoniæ.] *Pontifex & papa Gregorius.*

Fizaker ſuper Deus illuminatio.

Epiſtolæ Ennodii.

[a] *Supple*, Laurentium.

Strene-

Streneſhalc, Sinus Phari, Preſtby, Whytby.

Helias, Eveſham monachus, de vita S. Thomæ Cantuar: ad Henricum, abbatem Croylandiæ.

Benedictus abbas de Burgo aliquid ſcripſit de vita S. Thomæ.

Ex vita S. Begæ, velatæ virginis.

Bega nata in Hybernia.

Bega primum humile monaſteriolum conſtruxit in Caupmis Angl: finibus. verſus Carlel in extre-

landia, ubi nunc ſunt aliquot monachi Mariani urbis Ebor: & vulgo vocatur Saynct Beges.

[1] Deinde ad ſeptentrionalem partem Wiræ fluminis monaſterium conſtruxit.

Tertio Herutey, qui locus Latine ſonat cervi inſula, commigravit, cœnobiumque virginum ibi condidit, paulo-que poſt Hildæ, ſacræ virgini, ceſſit, quæ poſt victoriam Oſwi regis accepit Eanfledam virginem, ejus filiam, voto promiſſam cum annuo agrorum cenſu. Unde poſtea animos ſumpſit ædificandi monaſterium in Streneſhalc, &, poſito ibidem cœnobio, monachos induxit, & ſacras virgines, quibus ipſa abbas præfuit.

Bega autem, relicta inſula de [1] Herutey, contulit ſe Calcariam, quæ à Saxonibus vocatur [2] Helcaceſter, & novum ſibi monaſterium condidit. Leyland. Ubi ſit Calcaria civitas hactenus à nemine potui diſcere. Tamen, ſi Antonini Itinerarium recte ſcriptum eſt, dubio procul eſt in provincia Eboracenſi.

[1] *Greveſon.*

Eſt humilis eccleſia inter oſtia Tini & Wedræ D. Hildæ dicata, atque longius diſtat à Vedra quam à Tina. Sita eſt autem in quadam prominentia, quam vulgus Sowter vocat. Forſan hîc olim fuit Begæ monaſteriolum.

[1] Vulgo jam Herpoole appellatur in ore Teſæ fluminis.

[2] Hele prior: non longe à Tadcaſter, in quo nomine antiqui nominis veſtigia. Saxonice Helecaſter dicebatur, Latine Calcaria.

Bega tandem à Calcaria peregre proficiſcens obiit apud Hacanos monaſterium velatarum virginum. Leyland. Hacanos eſt tertio à Scardoburgo miliario.

Ex vita S. Hildæ.

Monaſterium S. Hildæ apud Streneſhalc penitus deſtructum fuit ab Inguaro & Hubba, Tituſque abbas Gleſconiam cum reliquiis S. Hildæ aufugit.

Reſtitutum fuit monaſterium de Streneſhalc tempore Henrici primi per Gulielmum Perſe.

Mira res eſt videre ſerpentes apud Streneſhalc in orbes giratos, & inclementia cœli, vel, ut monachi ferunt, precibus D. Hildæ, in lapides concretos. Pag. 37.

Locus,

Locus, ubi nunc cœnobium eſt, videtur mihi eſſe arx inexpugnabilis.

Pictura vitrea, quæ eſt in clauſtro de Streneſhalc, monſtrat, Scotos, qui prope fines Anglorum habitabant, fuiſſe vel ad Gulielmi Nothi tempora antropophagos, & hanc immanitatem à Gulielmianis gladio fuiſſe punitam.

Eska flu: oritur in Eskedale, defluitque per Danbeium nemus, & tandem apud Streneſhalc in mare ſe exonerat.

Leyland.

Pro Wiske forſan vulgus Eske corrupte pronuntiat. Hoc ſi verum eſt, Iſca rectius quam Eſcha Latine dicetur.

Stokley abeſt

Fro Stokeley to Rudeby iii. myles.

Levinus flu: mire ſinuoſus oritur 4°. aut 5°. à Stokleo op: 4or. à Giſeburna miliaribus. apud Coldeyngleby miliario. inde per pagum Rudebenſem defluens per Yarne op: a ferme a myle from Yarne. in Theſim ſe exonerat.

Ex chronico incerti autoris apud Wytby.

Scothi quaſi Scythæ dicti.

Pictavia à Pictis dicta.

Deus flu: originem ducit ex Pimbelmer lacu.

Et de mare loquens, quod Vectam à Britannia diſterminat, ſic ſcribit: "In quo bini æſtus oceani quotidie compugnantes "ſibi occurrunt ultra os fluminis Homoleæ, quod per terras "Vitarum, quæ ad regiones Gewiſeorum pertinent, præfatum "pelagus intrat."

Mona mater Cambriæ dicta propter fertilitatem.

Quatuor viæ Mulmutinæ.

Foſſa.

Watlynſtreat.

Exmigeſtret.

Rekenildſtrete.

Snotingham, quod ſonat ſpeluncarum manſio.

Videtur quod flu: olim Cluid dictus, nunc is ſit, quem Sulwath vocant.

Eccleſia Lindisfarnenſis fuit in inſula, quæ nunc vocatur Haly Iland.

Bareokeſhyre provincia nomen ſumpſit à nuda quercu in ſaltu Windeſorenſi, ad quam ſolebant provinciales convenire.

Wileſhyre, quæ quondam dicebatur provincia Severiana.

Northumbria olim continebat totam terram, quæ eſt inter Humbrum & Tuedam fluvios.

Foſſa S. Edmundi.

Regnum Deiorum à Humbro ad Tinam.

Regnum Berniciorum à Tina ad mare Scoticum, ubi oppidum S. Joannis eſt.

Giſeburn

Giſeburn canonici. Pag. 38.

Alexander Necham de rebus creatis in ſpetie.
Quolibeta Harkeley.
Quolibeta Winchelſey.
Quolibeta Shirburni.
Gualterus de Hemingburgh, canonicus Giſeburnenſis, ſcripſit chronicon, ſed à ſuis deſideratur. Leyland. Extat in bibliotheca Wellenſi.

Dunholme. Clerici expulſi per monachos obſervantes reliquias D. Cuthberti circa tempora Gulielmi.

Commentarii Nicolai Triveti ſuper Metamorphoſin Ovidii.
Kilwardebi ſuper iii. libros Sententiarum.
Ricardi Cantabrigienſis omeliæ.] *Qui bene præſunt presbyteri.*
Hiponoſtichon Laurentii, Prioris Dunehomenſis, de veteri & novo Teſtamento, continens novem libros carmine ſcriptos.] *Principium rerum.*
Ejuſdem conſolatio de morte amici proſa & carmine ſcripta.] *Sæpe & ſupra modum.*

Leyland.
D. Bellous ſignificavit mihi, Joannem Shirovodum ſcripſiſſe opuſculum de laudibus Angliæ carmine.

Ejuſdem oratiunculæ pro Laurentio, pro naufragis, pro juvenibus compeditis, Invectiva in Malgerium pro Milone. Leyland. In carmine ſe probat mediocrem poëtam, in oratione vehementiorem quam facundiorem rhetorem.
Hiſtoria Pipini regis.

Fuit hic Laurentius poſtea prior, aut abbas Viſimonaſterienſis in ſuburbio Londin:

Lindisfarne inſ: alias dicta ſacra inſula, habuit olim nobile cœnobium, ubi etiam erat ſedes epiſcopalis, in qua floruit ſanctus Cuthbertus. Sed vi Scotica primo ſpoliatum, deinde à Danis prorſus deletum. Monachi vero & provinciales, miſerti tantarum calamitatum, reliquias S. Cuthberti Caſtrum detulerunt, quod media via poſitum eſt inter Dunholmum & Novum caſtellum, ibique, tanquam in epiſcopali ſede, requievere centum & tredecim annis. Poſtea orta per bellum ibidem nova calamitate, tranſlatæ ſunt Cuthberti reliquiæ Riponam, ubi cum ad tempuſculum requieviſſent, cœperunt monachi cogitare, temporibus jam ſerenis, de reportandis Cuthberti reliquiis Caſtrum. Sed cum monachi, comitantibus multis provincialibus, ſanctum feretrum Dunholmum uſque perduxiſſent, feretrum adeo immobile fuit, ut nulla prorſus vi inde amoveri potuerit. Provinciales, rei novitatem admirantes, poſuerunt ibidem reliquias in porticu, quæ nunc Alba porticus appellatur. Hîc manſere donec magnifica & nova baſilica conſummata fuit. Tandem vero propter princeps altare cum magna celebritate poſitæ ſunt. Pag. 39.

Were flu: quod Akelandam & Dunholmum præterlabitur,

à Ptolemæo Vedra, à Beda autem nunc Wyre, nunc Murus dicitur. Oritur vero in Wereſdale, & apud Wermuth in mare ſe exonerat.

Newcaſtel.

Vicus, qui adjacet Novocaſtello cis pontem Tinenſem, vulgo vocatur Getehed, & eſt locus quem Beda in hiſtoria appellat capræ caput.

Novum caſtellum nomen ſumpſit à caſtello ibidem per Robertum, Gulielmi Nothi filium, facto. Nam ante vocabatur Monkceſter, id eſt, caſtrum vel civitas monachorum.

Tine flu: in Tinedale oritur, & apud Tinemuth in mare erumpit.

Gyrwi quarto à Novocaſtro miliario.

Famoſum hoc monaſterium, cujus Beda alumnus erat, ſemel atque iterum à Danis, intrantibus Tinam, ita depopulatum fuit, ut locis aliquot veſtigia tantum antiqui operis & ſtructuræ appareant. Monachi, qui jam tantum tres cœnobiolum inhabitant, monſtrant Bedæ oratorium & arulam, in cujus medio pro gemma oſtentant fragmentulum ſerpentini aut viridis marmoris.

Inſcriptio ibidem reperta in quadrato ſaxo majuſculis litteris Romanis ſculpta.

Dedicatio Baſilicæ S. Pauli VIIII. Calendas Maii anno XV°. Ecfridi regis, Ceolfridi abbatis ejuſdemQ. M. eccleſiæ deo autore conditoris anno IIII.

Murus Picticus, Vallum prætorianum, Vallum Hadrianicum, Vallum Severianum.

Walſend, pagulus infrequens à fine muri Pictici ſic dictus, 30. à Tinemuta miliario, à quo Walkera oppidulum ad miliare unum aut eo amplius diſtat, ubi etiam nunc ſunt veſtigia muri. Sunt & prope Dentonam oppidum partes muri nec humiles nec infirmi.

D. Hyliard

Frater vel conſanguineus D. Roberti Ridlei habitat in turri muri Pictici.

Cornage genus ſtipendii dati cornicibus qui murum obſervabant.

Ruge dragon

Aſſeruit, caſtella aliquot & turres vel hoc noſtro ſeculo ex valli reliquiis reparata fuiſſe. Unde probabilis conjectura, ante aliquot ſecula magnam muri partem integram fuiſſe, donec in uſus vicinorum ædificiorum demoliebatur.

Pag. 40. *Tinemuthe.*

Chronicon autore monacho Albanenſi, ſed incerto nomine.

Oſwinus rex & martyr ſepultus Tinemutæ.

Edredus, rex Deirorum, ibidem ſepultus. Henri-

Henricus, heremita Coketenſis inſulæ, ibidem ſepultus.

Malcolinus, Scotorum rex, apud Alnovicum occiſus à Moubreio comite, ſepultus eſt ibidem in capitulo.

Edwinus, rex Northumbrorum, ſacellum erexit Tinemutæ ex ligno, in quo Roſella, ejus filia, poſtea velum ſacrum accepit. Roſella Eaduuini regis filia.

S. Oſwaldus monaſteriolum de Tinemuthe ex ligneo lapideum fecit.

Monaſterium de Tinemuthe bis deſtructum, ſemel per Angarum & Hubonem, iterumque per Danos tempore Ethelſtani regis.

Dani Tinemutha utebantur pro propugnaculo atque adeo receptaculo cum transfretarent ex Dania & Norwegia in Angliam.

Coqueda

In Cocheta inſula cœnobiolum eſt monachorum Tinemutenſium. ...

E regione Tinemuthæ fuit urbs vaſtata à Danis Urfa nomine, ubi natus erat Oſwinus rex. Caire Urſe.

Locus, ubi nunc cœnobium Tinemuthenſe eſt, antiquitus

Pen

à Saxonibus dicebatur Benebalcrag. Leland. Penbalcrage rectius, i. e. caput valli in rupe. Nam circa hunc locum finis erat valli Severiani.

Ex vita S. Oſwini.

Eadwine, id eſt, beatus vir.

Oſric, i. e. fortitudo regni.

Oſwine, i. e. fortitudo amici, vel latitudo charitatis.

Walleſend villa 3. à Tinemuthe milliaribus, ubi finis eſt muri Pictici, diſtat ab Walkera villa ſeſquimiliario. pagus nunc paucarum ædium.

Cœnobium S. Agathæ, canonici Præmonſtr:

Suala flu: oritur in Coterhil extrema parte Wencedalliæ, deſcendit per Richemundiam, per Topclif caſtel, per Myton pagum, & S. Agatham, & pontem Cateractenſem, tandem-

Urum

que non procul in Uſam ſe exonerat.

Jorevallis, Barnardini.

Ure flu: oritur etiam in Coterhil, & per Jorevallenſe, ſive Urevallenſe, cœnobium, cui nomen dat, defluit, per Maſham, Novum forum, per citeriorem partem de Ripon, per Borowbrig, per Nunmunkton, per Cawood caſtel, & apud Armyn pagum, ubi eſt villa urbana abbatis Mariani, nomen perdit, quaſi in Aire defluëret, cum tamen veriſimilius eſſet, ut Aere in Urum, alias Uſam, defluëret.

Eden, tertius flu: in Coterhil oritur, & per Lugubaliam in mare defluit.

Omeliæ Roberti Gryme, monachi de Bardeney, ſuper evangelia Dominicalia.] *Reverenter ſedens ad menſam.* Leyland. Scripſit ſtylo ſcholaſtico.

Pag. 41. Leyl: Fit mentio cujuſdam Nennii in vita S. Finnani.

Nennii libellus de origine Britanniæ.] *Ego Nennius, ſi. Elboldi diſcipulus.* Leyland. Scribit confuſe, & ſine judicio, ſordidis etiam verbis, non dubitans fabulas ſubinde interſerere plus quam aniles.

Ex Chronico Jorevallenſi, autore incerto.
Perduxit autem opus uſque ad tempora Richardi primi.

Dunmoc, Felixſtow poſtea dictum.

Egleſdune, ſive Haleſdune, nunc Hoxton in provincia Norwicenſi.

Lothebrocus ex regia ſtirpe Danorum tempeſtate appulit in Angliam, ubi à quodam leporario interfectus, cauſſa fuit, quod ſient ut ejus filii Angarus & Hubo devaſtarent Angliam, & Edmundum regem interficerent.

Anno domini 569. urbs Alcluid olim tam famoſa, quæ ad occidentalem extremitatem famoſi muri ſita fuit, per Danos funditus eſt deleta.

Hubbelow tumulus in Devonia, ubi Hubo interfectus ſepultus fuit.

Ethelinghey, i. e. inſula nobilium.

Grekelade, ubi olim ſchola Græcorum, Kyrkelade dicitur.

Latinelade, ubi olim ſchola Latinorum, quæ modo vocatur Letthelade juxta Oxonium.

Haraldi regis corpus ſecundo ſepultum apud S. Clementem Londini.

Malcolinus, rex Scotorum, ſepultus Tinemuthæ tempore Gulielmi primi.

Laner fluviolus tribus à Kirkeby miliaribus oritur, & prope Ripon cum Skella ſe miſcet, deinde uno alveo Urum petunt.

Skella vero fluviolus oritur duobus paſſuum millibus à Fonticulorum cœnobio prope Ripon alluens in Urum delabitur.

Fonticuli.

Locus, ubi nunc cœnobium Fonticulorum, antiquitus Skellegylle dicebatur.

Stephanus Cantuar: ſuper libros Macchabeorum.] *Reſiduum erucarum comedit locuſta.*

Floſculi moralium Gulielmi, abbatis de Bukfeſt.

Lincolnienſis de templo dei.

Alexander Hayles ſuper 2^m. Sententiarum.] *Completis tractatibus.*

Pag. 42. Omeliæ Ricardi Faſtolphi, 2^i. abbatis de Fontibus.] *Ecce venit rex.* Floruit temporibus Divi Barnardi, peregreque profectus Clarevalli mortuus eſt & ſepultus. Ser-

Sermones Nicolai de Hakevilla ordinis Franciſcani.

Lincolnienſis de anima.] *Multi circa animam erraverunt.*

Stephanus de Edon, canonicus de Wartria prope caſtellum de Crage in provincia Eboracenſi, ſcripſit Chronicon temporum regis Edwardi de Cairnervan, ſed indocto & barbaro ſtilo.

Chriſtal, Barnardini.

Dropingwelle prope Gnaresborough, omnium incolarum teſtimonio, folia quercina & lignicula, in puteum cadentia, lapide circumdat, ita tamen ut formam ſemper acceptæ rei ſervet.

Nid flu: oritur in Nidèrdale, & eſt aqua feculenta propter ſoli nigritiem ſuper quod delabitur. Fluit autem per Gnares & Ripeley, deinde per Nid, cui oppido nomen dat, & Ribeſton, tandem Sualam inter Topclyfe & Borowbrige celeri curſu petit.

Warfa flu: in Warledale oritur, fluit per Skipton, Otley, Harwood, Wetherby, Tadcaſter, & paſſibus non multis ſupra Cawood in Uſam devolvitur.

Warfe cummith not neere Skipton be iiii. mile.

Aere flu: oritur prope Orton in Craven in ipſis finibus Longcaſtrenſis provinciæ; fluit vero per Kithele, Byngley, Calverley, Kirkeſtal cœnobium, Ledes, Pontem fractum, Ferebrig, tandem profluit in Armin flu: duobus M. à Rauclyf op.

Armyn by the Saying of the abbat of Yorkes menne, is the name of a lordſhip of theyr Maſter, and not of a ryver. For they ſey that beyond that Ure, or Uſe, lyſeth his name, and Ayre continuith his name.

Armin flu: oritur . . . . . defluit ad extremum in Uſam 2bus. à Rauclyf paſſuum millibus.

Calder flu: oritur . . . . . delabiturque per Wakefeld, & prope Caſtelford Aere flu: petit.

Cover flu: oritur in Coverdale, curſumque continuat per Eſton, & Coram, cœnobium Barnardinorum, cui forſan flu: nomen indidit, tandem non longe à caſtello de Mideham in Uri flu. ſinu ſe abſcondit.

Selleby.

Kirkeby op. quod recentes vocant Pontem fractum. Pag. 43.

Oppidum de Kyrkeby olim adjacebat ponti, quem incolæ, quia jam præ ſenio ruinas agebat, vulgari lingua Brokenbrige vocabant. Diſtat hic pons noſtris temporibus ad quingentos paſſus ab oppido. Sed jam ita uſu inolevit, ut ex Brokenbrige

brige invalente lingua Gallica per Nortmannos in Anglia Pont frete vocetur.

Thomas, Lunenſis comes, tempore E. 2. pro ſancto habitus, ſepultus apud Pontem fractum. Prope oppidum in colle, ubi ſecuri percuſſus fuit, erecta eſt ampla eccleſia, non conſummata tamen.

Valentius ſuper Sentent:

Omeliæ Roberti Gentyl:

Omeliæ Gulielmi Damport.

Albertus de natura locorum.

Dancaſter. Dun, ſive Done, flu: oritur . . . . . fluit vero per Dancaſtrum op: nobile, & apud Turnebrige feſſum ſe abſcondit in alveo Aere fluminis.

Tunſtallus natus in provintia Richemontiæ. Tunſtallus, epiſcopus Dunelmenſis, in hac opinione eſt, ut putet, Dancaſtrum antiquitus Duana caſtra dictum, quod ſecunda legio illic hyemaverat. Ego tamen videor mihi videre, nomen oppido inditum à Duno fluvio. Tunſtallus vidit ſaxum repertum apud canonicos Barptolomeanos Londini, dum quærerent nova fundamenta. Inſcriptum vero fuit literis Ro. ſed præ vetuſtate pene corruptis & obliteratis.

Worſope, canonici.

Wellebeke, Præmonſtr.

Newſtede, canonici albi.

Linton. Line flu: oritur prope Newſtede, defluitque per Linton cœnobium, cui nomen dedit; deinde Snotinghamum alluens, uno fere ab eodem miliari Treantam petit.

Melton Moubray.

Eye flu: non longe ab Okam exoritur, perfluit Staplefordam Melton, ubi autem Kirkebi pervenit, Wreke vocatur; poſtremo Brokesbi alluit, & apud Coſinton Soræ ſe comitem jungit.

Leyceter.

Alexander de S. Albano de naturis rerum.] *Forma decens.* Leyland. Scripſit ſtilo florido.

Speculum Giraldi, archidiaconi S. Davidis.

Pœniten-

Pœnitentiale Roberti, archidiaconi de Totenes, & canonici de Plymton.

Quæſtiones Hugonis, abbatis de Radinge, inſtar dialogi.] Pag. 44. *De multis interrogas.*

Epiſtolæ Ennodii.

Chronicon.

Launde.

Plinius Secundus de re medica.

Chronicon Iſidori.

Cleopatra de genitura.

Salterey.

Henrici, archidiaconi Huntingdunenſis, juſtum volumen de lege domini ad monachos Burgenſes.] *Lex domini immaculata.*

Laurentii Dunelmenſis epiſtola ad Hathewiſam.] *Tria ſunt præcipue.*

Rameſey.

Somnium.

Rameſey (ut quidam volunt) ab ariete ſic dictum, quem vulgariter appellamus Ramme.

Comes Ailwinus fundator monaſterii Rameſienſis.

Inſcriptio Sepulchralis Alrwini.

Hîc requieſcit Ailwinus, inclyti regis Edgari cognatus, totius Angliæ Aldermannus, & hujus ſacri cœnobii miraculoſe fundator.

Epiſtola Roberti Lincolnienſis contra appropriationes beneficiorum.] *Dominus noſter Jeſus Chriſtus.*

Dumbleton ſuper totam philoſophiam naturalem.] *Plurimorum ſcribentium gratia.*

Armacanus de poteſtate ſpirituali.

Wallenſis de pœnitentia.

Idem de 4or. virtutibus cardinalibus.

Idem de cognitione veræ vitæ.

Idem de viſitatione infirmorum.

Summa de caſibus magiſtri Joannis de Cantia.

Practica Gilberti Anglici.

Itinerarium Antonini.

Pag. 45, 46. vacant.

Londini in bibliotheca Paulina. Pag. 47.

Gulielmi Meldunenſis libri quatuor de regibus Anglorum.

Ejuſdem libri 3. de Novella hiſtoria, id eſt, de Henrico 2°.

Poſtillæ Simonis de Hernton ſuper Job.

Strabus

Strabus Gallus ſuper Deuteronomion.

Tractatus magiſtri Joannis de Baſingſtoke de ordine evangeliorum per annum. Fuit hic archidiaconus Legeceſtrenſis, & olim ſtuduerat Athenis, ut titulus libri indicabat. De quo etiam (ſi recte memini) Parriſius, monachus S. Albani, ſcribit. Liber vero Joannis ſic incipit: *Omnia tempus habent.*

Gulielmi cujuſdam defloratione de vita & moribus philoſophorum ad Gutlacum.] *Amico ſuo Gutlaco.*

Poſtillæ magiſtri Radulphi de Duceto, olim Decani S. Pauli Londini, ſuper Eccleſiaſticum & librum Sapientiæ. Fuit doctor Theologiæ, at non ſatis mihi conſtat num etiam Anglus fuerit.

Gorham ſuper omnes epiſtolas Pauli.

Ejuſdem ſermones & diſtinctiones.

Ejuſdem poſtillæ ſuper Lucam & Joannem.

Sermones Repington.

Armacanus de quæſtionibus Armenorum.

Waleys ad omne genus hominum, alias Communiloquium.

Linwoode ſuper provincialia decreta.

Moralitates Triveti ſuper 15. libros Ovidii.

Uualden contra verſutias Uuiclivi.

Septuaginta duæ quæſtiones Uuifordi de ſacramento Euchariſtiæ.

Alington de adoratione imaginum.] *Omnis plantatio* &c.

Articuli Widford contra Uuiclivum in quatuor operibus, vel libris.

Abſolutio Thomæ Winterton contra Joannem Wiclive.] *Sicut teſtante apoſtolo.*

Quæſtiones de poteſtate conficiendi euchariſtiam.

In bibliotheca Petrina Londini.

Diviſiones thematum fratris Nicolai Gorham.

Cowton ſuper Sententias

Summa Faventini ſuper Decreta.

Holcot ſuper 12. prophetas.

In bibliotheca Petrina Weſtmonaſterii.

Tabula Gulielmi Sudbiry, monachi Weſtmon: ſuper Lyram.

Meditationes Roberti Groſteſt.

Sermones ejuſdem.

Sermones Radulphi Eleemoſynarii, Prioris de Hurteley, cœnobioli prope Henleam ſuper Tameſim, quod cella eſt monachorum Weſtmon. Leyland. Liber juſtum volumen eſt, inchoatum quidem motore Laurentio, abbate Weſtmon: ſed abſolutum illo mortuo, & Gualtero dedicatum, qui Laurentio ſucceſſit. Repperi etiam in indice bibliothecæ Weſtmon: hunc Radulphum poſtea abbatem fuiſſe Weſtmon: Sunt etiam in eadem bibliotheca Omeliæ nomine Radulphi, abbatis Weſtmon:

Pag. 48.

Weſtmon: Sermonum vero liber ſic incipit: *Ecce fratres dilectiſſimi.*

Tractatus Joannis Bromyard, applicans jura canonica & civilia ad materiam moralem.

Additiones Roberti Goſteſt in libros Damaſceni de ortodoxa fide, quos ſciolus quidam male è Græco tranſtulerat, id quod Robertus beneficio correcti exemplaris Græci fecit.

Tabula Gul: Sudbury, monachi Weſtmon: ſuper libros Sancti Thomæ de Aquino.

Prophetiæ Joannis, canonici de Bridlington.

Tractatus Joannis Colton, archiepiſcopi Armacani, pro ſedatione ſciſmatis.

Determinatio Thomæ Palmer de ord: Prædicatorum in materia Sciſmatis.

Determinatio Nicolai Fakenham de ordine Minorum.

Determinatio Akon Præd: de materia Sciſmatis.

Determinatio Nicolai Riſchton de ſciſmate.

Avinioni

Armacani ſermones 89. partim coram pontifice Ro: partim etiam in Anglia dicti.] *Cum jejunas, unge caput.*

Armacani liber contra fratres mendicantes, continens in ſe 16. libellos.

Weſtmonaſterii.

Diſtichon ex epitaphio Galfredi Chauceri.

Galfredus Chaucer, vates & fama poëſis
Maternæ, hac ſacra ſum tumulatus humo.

Joannes Gower ſepultus eſt apud canonicos Marianos in ripa Tameſis, in cujus effigiei capite corona eſt ex hedera roſis diſtincta, in collo catena, equeſtris ordinis inditium. Sub capite tres libri, inſtar pulvinariorum, cum his inſcriptionibus: "Speculum meditantis: Vox clamantis: Confeſſio "amantis." Vixit tempore Ricardi 2. & Henrici quarti, cui libros ſuos dedicavit. Tempore Joannis cœnobium S^æ. Mariæ conflagravit, quod poſt multos annos cura & induſtria, partim etiam ſumptibus ſuis reſtauravit. Nam ante illius tempora quamvis canonici veteres ſedes retinebant, ſquallebat tamen ſemiruta eccleſia.

Uxor Goueri ibidem ſepulta.

In bibliotheca Franciſcanorum Londini. Pag. 47.

Vita S. Æduuardi martyris, ignoto autore.

Hiſtoria Ivonis Carnotenſis.] *Aſſyriorum igitur rex.*

Sigeberti monachi hiſtoria.

Chronica Martini.

Necham.
Alexander de S. Albano de naturis rerum.
Lincolnienſis ſuper libros Dionyſii de Hierarchia.
fratris
Floriloquium Joannis Uualenſis.
Nicolaus Trivet ſuper libros Auguſtini de civitate dei.
Sermones feſtivales Holkoti.] *Erunt ſigna in ſole.*
Collectiones Uuallenſis ſuper Matthæum.] *Tria inſinuantur*
Collectiones ejuſdem ſuper Leviticum.] *Immolabit vitulum.*
Sermones feſtivales fratris Thomæ Uuinchelſe.] *Omnis qui audit.*
Alexander de S. Albano, cog. Necham, ſuper Cantica Cantic: ſive in opus epithalamicum.] *Humilitas vera.*
Holcot ſuper librum Sapientiæ.
Notingham ſuper unum ex quatuor.] *Da mihi intellectum.*
Lathbiri ſuper librum Trenorum.
Uualeis ſuper Pſalterium.] *Beatus qui cuſtodit.*
Adam Uuodham Franciſcanus ſuper Cantica Cantic: vir ſcholaſticus.
Coſteſey ſuper Pſalmos uſque ad Pſalmum, Nonne deo. 168.
a
Poſtoralia fratris Joannis Uuallenſis, doctoris Pariſienſis.
Poſtillæ Alexandri de Hales ſuper Job.] *Dicitur in Pſalmo.*
Expoſitio Uuallenſis ſuper Valerium ad Rufinum de non ducenda uxore.] *Loqui prohibeor.*
Opera reverendi inceptoris Ockam Franciſcani.
Expoſitio ſuper Porphyrium.
Super Prædicamenta.
Super libr: Periermenias.
Super libros Elenchorum.
Defenſorium Logices.
Tractatus ejuſdem, qui vocatur, Dominus poteſt facere omne quod fieri a vult, non includit contradictionem.
++,
Tractatus ejuſdem de decem generibus.

Opinio Uuiclivi de Univerſalibus.
Winchelſei ſuper Logicam ſtilo ſcholaſtico.
Rhetorica Ariſtotelis Latine.
Uuiford de ſacramento altaris.] *Ratione ſolennitatis.*
Liber Rogeri Bacon Franciſcani de retardatione accidentium ſenectutis & ſenii, b & conſervatione quinque ſenſuum.] *Cogito & cogitavi.*
Antidotarium ejuſdem.
Hic liber erat exciſus, cum alio ejuſdem autoris, ex cujus

a *Sic, cum ſigno, ut legatur,* vult, non includens contradictionem. b *Sic.*
eraſi

eraſi tituli veſtigiis ſuſpicor, fuiſſe de Univerſalibus.
Cowton ſuper Sententias.] *Sic dicit beatus Ambroſius.* Pag. 50.
Bradwardein de cauſſa dei.
Quolibeta Joannis Okam inceptoris.
Idem de ſacramento altaris.
Idem ſuper Sententias.
Ware ſuper libros Sententiarum.
Peccham ſuper Sententias.
Quæſtiones Peccham de vanitate mundialium.
Itinerarium ejuſdem, non inſulſus liber.] *Confitebor tibi domine.*
Suttoni quæſtio de unitate formæ.
Ockami quæſtio de pluralitate formæ.
Quæſtiones Pechami de ſacramento altaris.
Holcoti lectura ſuper Sententias.
Fizaker ſuper libros Sententiarum. [*duxit.*
Ricardus de media villa ſuper Sententias.] *Abſcondita pro-*

In bibliotheca Prædicatorum Londini.

Trivet ſuper Pſalterium.] *Inter celebres Veteris Teſtamenti tranſlationes.*
Poſtillæ Nicolai Gorham, fratris Præd: ſuper Lucam.] *Diſciplina medici.*
Kilwardby ſuper epiſtolas Pauli ad Romanos & Corinthios.
Fizaker ſuper Pſalterium.
Lectura Waleys ſuper duos nocturnos Pſalterii. [*te.*
Idem ſuper epiſtolam ad Hebræos.] *Beatus homo qui ſperat in*
Lincolnienſis ſuper duos libros Poſteriorum.
Wiford contra Trialogum Uuiclivi.
Wiclivus de paupertate Chriſti contra eccleſiaſticos.
Alueredus de motu cordis.
Aldruidus de quintis eſſentiis.
Groſteſt de Cometis. [bus.
Alueredi commentum ſuper libros Ariſtotelis de vegetabili-
Alexander Aphrodiſeus de tempore.
Athelardi problemata. Leilandus. Omnes exciſi è forulis, & furto ſublati.
Guimundus, Lanfrancus, Rabanus } de ſanguine domini.
Trivet ſuper Boëtium de conſolatione Philoſop:] *Explanationes librorum.*
Giraldus Cambrenſis de principe, ejus inſtitutione, & virtutibus.] *In apibus rex unus.*
Antidotarium Joannis Damaſceni.
Trivet ſuper Tragœdias Senecæ.] *Rudis adoleſcentiæ* &c.

Joachimi expoſitio in Apocalypſin.
Sexti Julii Frontini Strategemata.
Epiſtolæ Caſſiodori furto ſublatæ.

Pag. 51. *In bibliotheca Carmelitarum.*

Longville ſuper 12. prophetas.] *Mirum videtur quibuſdam.*
Concordia Evangeliſtarum, autore Clemente, Priore Lantonenſi.] *Quæris à me* &c.
Anſhelmus ſuper Joannem.
Notingham ſuper omnes epiſtolas Pauli.] *Bonam viſitationem*, &c.
Rabanus ſuper Matthæum.
Gilebertus Porretanus ſuper Pſalterium.
Waleys ſuper Pſalterium.
Rabanus ſuper Geneſim, ſuper libros Macchabeorum, & actus Apoſtolorum.
Liber variarum Caſſiodori.
Methodius de initio & fine ſeculi.
Beda in parabolas Solomonis.
Joannes Damaſcenus de philocoſmis.
Logica Damaſceni. Item ſententiæ Damaſceni. ſede 6. lævi à tergo.
¶ Gregorius Nicænus de formatione hominis. ſede 7. læ: lat. à tergo.
Exhortationes Cæſarii.
Quæſtiones Rabbi Moſes.
Tancredus de ædificio Sapientiæ.
Epiſtolæ Dionyſii Areopagitæ 10.
Epiſtolæ Cypriani.
Hilarius de Synodis.
Hilarius contra Conſtantium Aug:
Bedæ epiſtola ad Uuithredum de Vernali Æquinoctio.
Epiſtola Dionyſii Exigui de termino Paſchali ad Petronium epiſcopum.
Ejuſdem epiſtola de eadem re ad Bonifacium, primicerium Notariorum, & Bono Secũdicerio.
Computus Hilperici ad Aſprum. Leyl. In meo exemplari deeſt præfatio.
Epiſtola Victoris ad Theophilum Cæſarienſem de circulo Paſchali.
Computus Garlandi.
¶ Gregorius Nicænus de formatione hominis.
Exhortationes Cæſarii.
Enchiridion Xiſti.
Amalarius de officiis eadem ſede.
☞ Quidam annotavit in margine veteris libri, Wiclivum in libro ſuo de ſermone domini in monte, & de apoſtaſia, ſumpſiſſe

ſumpſiſſe errorem ſuum de Euchariſtia ex libro cujuſdam monachi, quem Wiclivus Ambroſium, aut Ambroſii diſcipulum nominat. Leyland. Forſan intellexit Ambroſium Ausbertum.

Alexander Necham ſuper correctiones Bibliæ.

Idem ſuper Eccleſiaſten.] *Forma decens.*

Collectiones Walenſis ſuper Matthæum.

Trivetus de perfectione juſtitiæ.] *Inſinuavit mihi nuper.*

Joannes Bacanthorp de perfectione juſtitiæ.] *Utrum Chriſtus.*

Opera Thomæ Ualdeni in tribus maximis voluminibus ad Martinum quintum.

Lectura Thomæ Brome Carmelitæ Oxonienſis achademiæ. Floruit anno 1358.

Caſtellum amoris Roberti Groſteſt Gallice.] *Ki bien penſe.*

Ivori, provincialis Carmelitarum, expoſitio in Apocalypſin.] *Legimus in eccleſiaſtica hiſtoria.*

Trialogum

Uydeford Franciſcanus contra Catalogum Uuiclivi in 18. articulis ad archiepiſcopum Cantuar: Pag. 52.

Determinatio Ricardi Fizradulphi, archiepiſcopi Armacani, contra fratres mendicantes, in qua primum ponit epiſtolam Joannis Papæ, deinde ſic incipit:] *Sed quia iſta conſtitutio* &c. Leyland. In fine libri additum erat, à quodam bono ſcilicet fratre, Armacanum malitioſum fuiſſe hæreticum, & citatum à fratribus Avinioni coram Innocentio ſexto comparuiſſe, ſenemque ibidem obiiſſe & ſepultum fuiſſe.

Rogerus de Conwey Franciſcanus contra determinationem Armacani de fratribus.] *Confeſſio & pulchritudo.*

Beſton Carmelita de virtutibus & vitiis oppoſitis.

Waleys ſuper fabulas Ovidii.

Baconthorp Carmel: ſuper libros Ethicorum.

Lincolnienſis ſuper 8. libros Phyſicorum, ſuper libros de cœlo & mundo.
Idem ſuper libr: de generatione, & libros Meteororum.
Idem de potentiis animæ.
Idem ſuper Prædicamenta.
Tractatus ejuſdem de Spæra.
Computus ejuſdem.
Quæſtiones ejuſdem ſuper libros Ethicorum.
Practica Geometriæ, eodem autore.

Ockham ſuper 8. libros Phyſicorum.

Yponoſtichon Laurentii Dunelmenſis.

Guido de omnibus hæreſibus.

Giraldi Cambrenſis liber de Walliæ topographia. ſede 32. lat: dex: à tergo.

Ranulphi Higeduni, Caſtrenſis monachi, hiſtoria.

Chronica Martini.

Lincolnienſis

Lincolnienſis de ceſſatione legalium.
Solini vetuſtiſſimum exemplar.
Julii Frontini liber Strategematon.
Macrobius.
Dudonis de Nortmannis hiſtoria.
Armacanus, alias Fizrafe, de paupertate Chriſti ad Innocentium, qui Clementi 6°. ſucceſſit.
Armacani de quæſtionibus Armenorum libri 19. per dialogos.] *Quia ex literali ſcientia.*
Berningham, doctor Carmel: ſuper Sententias.
Ware ſuper Sententias.
Walſingham ſuper Sententias.
Richardus Hampoole de incendio amoris.
De excellentia contemplationis.
Carmen Rithmicum nomine Meli.
De emendatione vitæ.
Carmen Rithmicum nomine Philomela.
Speculum S. Edmundi, archiepiſcopi Cantuar:

Pag. 53. *In bibliotheca Auguſtinianorum Londini, quam Lous epiſcopus à fundamentis conſtruxit & libris ornavit.*

Lincolnienſis de oculo morali.] *Si diligenter voluerimus.*
Hiſtoria Gul. Malmesbirienſis.
Epiſtolæ Ennodii.
Omeliæ Mauritii.
Omeliæ Odonis.
Lincolnienſis de reſurrectione.
Tonitruum Lincoln: contra curiam Ro:
Recollectiones Lincoln: in tractatus pœnitentiæ.
Wiclif de legibus, & de veneno, in cubiculo bibliothecarii.
Peccham de myſterio minorum.
Deflorator quidam Matthæi Pariſienſis hiſtorici.
Adami Muremutenſis, canonici S. Pauli Londini, hiſtoriola.

Joannes Tuneys ſcripſit libros aliquot de re grammatica, quorum multa exemplaria impreſſa ibidem extant. Fuit Auguſtinianus & provincialis per aliquot annos ſui ordinis. Obiit autem circiter primos Henrici 8i. Joannes Baleus, ſi recte memini, ſignificavit mihi, ſe vidiſſe epiſtolam, Græce ſcriptam ab hoc Tuneio.

Pag. 54. *Ex catalogo libelli de nominibus ſociorum collegii Gualteri Merton, canonici Sarum, & poſtea Roſenſis epiſcopi. Socii tempore Edwardi primi.*

Richardus Walingford, poſtea abbas S. Albani.

Bakon. Leland. Alius erat à Rog: Bacon Franciſ. qui obiit ante inchoatum collegium.

Burley doctor in Theologia & profundus philoſophus.

Joannes Gattiſden doctor in medicinis, qui fecit Roſam medicinæ. Henr:

Henr: Gower, epiſcopus Menevenſis. [Obiit 1347. 22.E.3.]
Galfridus Kilminton, Dr. Theologiæ, plura ſcripſit.
Joannes Wendon, poſtea abbas in monaſterio de Oſeney.

Lelandus.

Hæc nomina mihi videntur parum congruere temporibus Edwardi 1.

Socii tempore Edwardi 2.

Bradwardine, Dr. profundus, nominabatur per papam.
Chelton fundavit ciſtam C. marcharum in univerſitate canonicus Wellenſis.
Dumbleton nobilis philoſophus fuit, & ſummam ſatis ſubtilem fecit in philoſophia naturali.
Dnſ̄ Dr. ſubtilis ordinis Minorum.
Greene, poſtea Prior in monaſterio Wigorniæ.
Mandut, bonus aſtronomus, qui tabulas in aſtronomia compoſuit & medicina.
Gilbertus Peccham, archiepiſcopus Cantuar: Dr. Theologiæ. Sanctus fuit in vita, & plurima miracula fecit poſt mortem.
Robertus Winchelſey Dr. fuit Theologiæ, & archiepiſcopus Cantuar:
Simon Iſlep, archiepiſcopus Cantuar. & Dr. Theologiæ.

Socii tempore Edwardi 3.

Aſſchinden profundus aſtronomus fuit, & ſummam nobiliſſ: in eadem ſcientia compoſuit: & medicus.
Billingham tabulam quandam philoſophiæ & Logicæ laborioſiſſime compoſuit, quam ad librariam dedit communem.
Berton, Dr. in Theologia, & cancellarius Oxon. qui excommunicavit Wiclif.
Simon Bredon plures libros collegio dedit, & poſtquam in 7. liberalibus ſcientiis fuerat expeditus, doctor in medicinis effectus eſt Oxon: & Trifolium in medicina compoſuit.
Mepham Dr. in Theologia, & archiepiſcopus Cantuar:
Organ nobilis philoſophus fuit.
Gul. Reede iſtam librariam fieri fecit, & libris inſtaurari. Dedit & centum libras pro ciſta communi conſtituenda. Epiſcopus fuit Ciceſtrenſis, & nobilis aſtronomus, qui & tabulas aſtronomicas compilavit. Fuit etiam Dr. Theologiæ.
Wikford, Dr. utriuſque juris, & archiepiſcopus Dublin: Pag. 55.
Suiniſhed, ſubtilis logicus & philoſophus, & ſubtiliſſ: libros in philoſophia fecit.
Radulphus Stroode nobilis poëta fuit, & verſificavit librum elegiacum, vocatum phantaſma Radulphi.
Wiclif, Dr. in Theologia, nec erat ſocius iſtius domus, nec annum probationis habuit plenarie in eadem.
Wiliot, Dr. in Theologia, & cancellarius Exonienſis, fecit exhibitionem puerorum in aula Portioniſtarum.

Socii

Socii tempore Richardi 2.

Brit nobilis aſtronomus fuit, qui fecit Theoricam omnium planetarum.

J. Chilmarke nobilis philoſophus fuit, & tractatum de accidentiis elementorum ſubtiliſſime compilavit.

Colnet regius medicus fuit.

Kempe epiſcopus London: & poſtea Cantuar:

Rudborne turrim ſupra portam collegii ædificavit, cuſtos collegii fuit, & capellanus Henrici 4. poſtea epiſcopus Menevenſis.

Wymildon famoſiſſ: prædicator in toto regno Angliæ.

Socii tempore Henrici 4.

Thomas Dunkam medicus comitis Marchiæ.

Joan: Elys doctor in medicinis.

Mr. Nicolaus Punt determinavit contra opiniones Wiclif contra Richardum epiſcopum Lincoln: fundatorem collegii Lincoln:

Socii tempore Henrici 5.

Henricus Seuer, Dr. Theologiæ, eleemoſinarius regis, & cuſtos collegii, reparavit, auxit, & conſummavit opera collegii.

Joannes Snetiſham, Dr. in Theologia.

Socii tempore Henrici 6.

Chedworth epiſcopus Lincoln:

Killingworth aſtronomus multas tabulas compoſuit.

Billeſdon nobilis medicus.

Hart aſtronomus.

Curtoyſe aſtronomus & medicus.

Thomas Bloxham, Dr. medic.

Marſhaul, Dr. Theolog: epiſcopus Land:

Joannes Mertok medicus.

Socii tempore Edwardi 4i.

Joannes Stacy inſignis aſtronomus.

Lelandus.

Joannes Stacy proditionis accuſatus fuit, & ſuſpenſus apud Tyburne.

Cui in aſtronomia eo tempore æqualis, aut potius excellentior, fuit capellanus hujus domus nomine Blake.

Lelandus.

Blake obiit Stanfordiæ.

Richardus Fizjames epiſcopus Rofenſis, deinde Ciceſtrenſis, poſtremo London:

Thomas Kent aſtronomus.

Socii tempore Henrici 7i.

Joannes Chaumbre, Dr. medicinæ, [a] decanus S. Stephani.

Philippus Denſeus aſtronomus & medicus.

[a] Decani MS.

Joannes

Joannes Bliſſe aſtronomus & medicus.
Gul: Lorimer medicus.
Georgius Owen medicus.
Gualterus Bokeler.

Lelandus.

Tempore Edwardi 4. Thomas Thorleby, Dr. medicinæ & inſignis aſtronomus, diverſabatur Oxon. in cœnobio de Oſeney, ut à Thoma Gryneo didici.

Radingiæ apud Franciſcanos. Pag. 56.

Beda de naturis beſtiarum.
Alexander Necham ſuper Marcianum Capellam.
Alexandri Necham Mythologicon.
Joannis Waleys commentarii ſuper Mythologicon Fulgentii.

Abbingdune.

Abbingdune, i. e. oppidum abbatis, ante conditum ibidem cœnobium Seukeſham vocabatur.

Ciſſa primus fundator Abbandunenſis monaſterii, quod poſtea auxit privilegiis, & aliquot villulis. Dani tamen cœnobium deſtruxerunt. Edgarus tandem reparavit.

Ubi nunc templum eſt Abbanduni D. Helenæ ſacrum, tempore Inæ regis erant velatæ virgines.

Andreſey inſula adjacet Abboduno.

In bibliotheca Abbodunenſi.

Berengaudius ſuper Apocalypſin.] *Solomon inſpiratus divino ſpiritu.*

Meditationes Goduini, Cantoris Salesbiriæ, ad Ramildam recluſam.] *Hæc ſunt prima documenta novæ legis.*

Carmen Joſephi Britanni, ſed imperfectum, de bello Antiocheno, quod Chriſtiani contra Saracenos geſſerunt [a] tempori Richardi primi, Anglorum regis.] *Chriſticolas acies.*

In bibliotheca Canonicorum de Oſney.

Vita S. Hieronymi per Thomam Gaſcoyne, ſacræ Theologiæ profeſſorem, ſcripta Latine & eleganter.

Vita S. Frediſwidæ.

Vita Odonis, natione Daci, archiepiſcopi Cantuar:

Vita S. Wenefridæ per Robertum, Priorem Salapienſis monaſter: ad Guarinum, Priorem Wigornienſem.] *In occidua parte.*

In libro Balei de Baccalaureis Carmel: ordinis, erat mentio de Thoma Gaſcoyne, baccalaurio Oxon: ſed is ait, Carmelitam hominem fuiſſe non magnæ eruditionis.

Lincolnienſis de ceſſatione legalium.] *Fuerunt plurimi.*

Chronicon Ivonis.

Imago Salvatoris, quæ eſt apud Waltham, inventa fuit in monte, qui vocatur Lothegaresbrich, tempore Canuti, cog. fortis.

Oxoniæ in bibliotheca publica.

Chilwardbe ſuper 8. partes orationis.] *Quoniam ſtudium Gram:*
Epiſtolæ Hereberti, Secretarii Thomæ martyris.
Bacon de cœlo & mundo, cujus primi quaterniones exciſi.
Summa philoſophiæ Roberti Lincolnienſis.] *Philoſophantes famoſi.* Leyland. In quo libro tractat de formis, de luce, de coloribus, de iride, de cometis, de utilitate liberalium artium.
Compendium Scientiarum, eodem autore. Sed liber exciſus.
Panegyrica oratio Porphyrii ad Conſtantinum, furto ſublata.
Eulogium hiſtoriarum Angliæ.
Pag. 57. Hampole ſuper Pſalterium. Whethamſted
Granarium, ingens volumen, Joannis de loco frumenti, abbatis S. Albani, ad Humfredum, ducem Gloceſtriæ, de viris illuſtribus.

Ex Granario ejuſdem.

Gualterus, abbas Morganenſis, ſcripſit librum de avibus & animalibus carmine.] *Dicitur accipiter.*

Humfredus filius, frater, & patruus regum, dux Gloceſtriæ, comes Penbrochiæ, & ſummus Angliæ cubicularius.

Gualterus Gallicus ſcripſit geſta Alexandri Magni carmine.] *Geſta ducis Macedum.*

Alicubi etiam adſcribit ſibi nomen Pocitenentis in Anglia. Prorex.

Gualterus Anglicus ſcripſit librum de arte dictandi ad Innocentium 3. Pontif. Ro.

Joannes Havillenſis, qui Architrenium ſcripſit, compoſuit libellum de arte dictandi.
Radulphus eſt (ſi recte memini) ibidem, qui vitam ſcripſit S. Albani carmine plane docto & eleganti.
Apuleius de aſino aureo, ſublatus.

Humfredus multoties ſcripſit in frontiſpiciis librorum ſuorum, Moun bien mondain.

Flavius de re militari, exciſus.
Claudianus poëta.
Tragœdiæ Senecæ.

Humfredus, dux Gloceſtriæ, multos codices, pulcherrime pictos, ab abbatibus dono accepit.

Commentarii Joannis de Serauala, epiſcopi Firmani, ordinis Minorum, Latine ſcripti, ſuper opera Dantis Aligerii, ad Nicolaum Bubwice, Bathon: & Wellenſem epiſcopum, & D. Robertum Halam, epiſcopum Sarisbur: Commentarii editi ſunt tempore Conſtantienſis conſilii.
Metamorphoſis Ovidii Gallice.
Cato Cenſorius, ſublatus.
Opera Ciceronis.
Epiſtolæ Nicolai de Clamenge, cantoris Baiocenſis, ad Carolum 6. Franc: regem.
Duodecim libr: epiſtolarum Petri Candidi ſublati.
Aphoriſmi Damaſceni.
Concordantiæ librorum Senecæ.

Cary

Cary ſuper libros Poſteriorum.
Epiſtola Lincoln: de formis ad magiſtrum Adamum.
Idem de luce, de coloribus, de utilitate artium liberalium, de iride, de cometis.
Compendium ſcientiarum ejuſdem.
Joannes canonicus ordinis Minorum ſuper libr: Phyſicorum.
Tabula Byllingham, juſtum volumen.
Algazel de Logicalibus.
Gundeſalvius de anima.
Commentarii Reyneri de S. Trudo in libr: Boëtii de conſolatione Philoſophiæ.
[a] Autoſichus de ſphæra mota.
Eſculeus de aſcenſionibus.
Jordanus de triangulis.

Apud Carmelitas Oxonii.

Tractatus venenoſus Gulielmi de S. Amando contra fratres Mendicantes.
Uidford contra 18. concluſiones Wiclivi.
Ejuſdem tres determinationes.
Lavingham doctor ſuper 8. libros Phyſicorum.] *Ne ſit tædioſum legentibus.*
Quolibeta Walſingham Carmel:
Quæſtiones ordinariæ ejuſdem.
Robertus Walſingham doctor ſuper Sententias.
Greyſtone doctor, monachus Dunelmenſis, ſuper Sententias.
Candidi Arrîani libellus ad Victorinum.
Bacanthorp ſuper libros Anguſtini de civitate dei.] *Intentio Auguſtini.*
Uualenſis Moniloquium.
Hyrenæi, epiſcopi Lugdunenſis, libri quinque contra omnes hæreſes.
Doctrinale antiquitatum eccleſiæ Thomæ Uualden, duo magna volumina.

Apud Prædicatores. Pag 58.

Scutum, Bedæ liber falſo adſcriptus.
Frater Rowel ſuper libros Sententiarum.
Judocus
Thomas Joys cardinalis titulo S. Sabinæ ſepultus in choro.
Ricardus Fyzaker ſepultus juxta occidentalem murum eccleſiæ.

In bibliotheca collegii de Merton.

Rabanus ſuper actus apoſtolorum.
Tabulæ aſtronomicæ Joannis Killingworth.] *Multum conferre dinoſcitur.* Leyland. Hic videtur fuiſſe vir magni ingenii.
Rogerus Bacon de ſeptem experimentis, furto ſublatus.

[a] L. Autolychus.

Libellus Rogeri Bacon de ſecretis.] *Interrogationi tuæ.*

Epiſtola Rogeri Baconis inſtar libelli ad Clementem papam.] *Sanctiſſimo patri.*

Bacon de utilitate ſciendi diverſas linguas.] *Multæ præclaræ radices.*

Bacon de ſcientia perſpectiva.] *Cupiens te & alios.*

Bacon de fluxu & refluxu maris Britannici.] *Viſis effectibus.*

Bacon de utilitate aſtronomiæ.] *Poſt locorum deſcriptionem.*

Connotationes de locis ubi Sancti requieſcunt in Anglia, incerto autore.

☞ Apud Franciſcanos ſunt telæ aranearum in bibliotheca, præterea tineæ & blattæ, amplius, quicquid alii jactent, nihil, ſi ſpectes eruditos libros. Nam ego, invitis fratribus omnibus, curioſe bibliothecæ forulos omnes excuſſi.

In bibliotheca collegii Balliolenſis.

Viſus eſt mihi iſta ex Plinio decerpſiſſe.

Joannis Freæ Londinenſis liber de Coſmographia, in quo tractat etiam de naturis arborum, plantarum, ſpetierum quoque diverſorum animalium. Leyland. Fuit hic Freas quondam ſocius collegii Bailiolenſis Oxonii, & poſtea Patavii doctor medicinæ factus. Liber ſic incipit,] *Mundus, & hoc quod alio nomine cœlum.*

Contuli hunc librum cum impreſſo exemplari, & fere conveniebant, ita tamen ut impreſſus codex quandoque haberet quæ in ſcripto codice deſiderabantur. Quare jam fere in hac opinione ſum, ut putem, Phream non fuiſſe interpretem, ſed Pogium.

Sex libri Diodori Siculi, à Frea Latinitate donati. Præfatio ſic incipit,] *Nullus ante hac quantumvis præclarus rerum ſcriptor.* Scriptus erat hic liber 1465. Adſcriptum recentiori manu & barbariori in margine primæ paginæ, quod Paulus papa propter tranſlationem ſibi dedicatam Fream epiſcopatu Bathoniæ donaverat, quod cum accepiſſet, ſupervixit menſem unum & obiit Romæ, nondum conſecratus. Sunt tamen qui Diodorum Latine loquentem Poggio Florentino acceptum ferunt. Tranſlatio ſic incipit, *Magnas merito gratias.* Adſcripta porro & hæc verba erant in margine rudioribus literis: "Joannes Freas olim fuit rector S. Michaëlis in monte "in villa Briſtolliæ, ſed obiit in Italia."

Freas etiam ſtudebat juri civili.

Pag. 59. Homeri Batrachomyomachia per Carolum, ut arbitror, Aretinum tradu&ta carmine.

Maphæi Vegii 4or. libri de vellere aureo, carmine.] *Egregium canere Æſonidem.*

Ejuſdem Aſtianax carmine.] *Muſa refer quæ cauſſa metum.*

Orto-

Joannis Tortellii
Ortographia Joannis de Aricio, longe elegantiſſ: volumen.
Orationes Guarini.
Epiſtolæ ejuſdem.
Commentarii Gaſparini ſuper epiſtolas Senecæ.
Sermones Laurentii abbatis.
Thomas Anglicus ſuper libros Auguſt: de civitate dei.

Deuteronomion.
Docking ſuper Lucam, ſuper epiſtolas Pauli, & ſuper Eſaiam.
Holcot ſuper 12. prophetas.
Capgrave ſuper actus apoſtolorum ad Gulielmum, Elyenſem epiſcopum.] *Hîc incipit.*
Odo ſuper Pſalterium.
Similitudinarius Gulielmi de montibus, canonici Lincolnienſis.
Ockamus ſuper Sententias.
Epiſcopi cujuſdam Carleolenſis de componendis epiſtolis ibellus.
Philobiblon Richardi, Dunelmenſis epiſcopi.
Petrus Hiſpanus de aquis.
Ariſteas ad Philocratem de interpretatione LXXII. interpretum, Matthia Palmerio Piſano interprete.
Commentarii in Saluſtium, incerto autore.
Gaſparinus de elocutione, doctus libellus.
Commentarii Hiſtorici in Lucanum. Hiſtoricus docuit Grammaticam Beneventi & Imolæ.
Timæus Locrenſis de mundi fabrica interprete Gregorio Caſtellano ad Nicolaum quintum, pontif: Ro:
Crito Platonis. Acciochus Platonis. Plato de cultu deorum.
Epiſtolæ Bruti Græce ſcriptæ, & à quodam Mythridate collectæ, interprete Latino incerto.
Epiſtola Aboris ad Phalarim Latina facta.
Epiſtola Pythagoræ ad Geronem.
Epiſtola Lyſiæ ad Hipparchum.
Epiſtola Hippocratis ad Democritum.
Epiſtola Diogenis.

Mr. Twaytys, decanus de Akeland, & Mr. collegii Balliolenſis, opt. libros bibliothecæ dedit.

Lucianus de venditione animarum.
Gaſparinus Pergamenſis de compoſitione orationis.
Exemplares epiſtolæ ejuſdem.
Familiares epiſtolæ ejuſdem.
De coloribus, de ortographia, eodem, ut arbitror, autore.
Feſtus Pompeius de vocabulorum ſignificatione.
Mapphæus Vegius de verborum ſignificatione, & elegantia jurisconſultorum.
Gul. Alvernenſis de bono & malo.

Novem

Novem libri epiſtolarum Leonardi Aretini.

Pag. 60. Guarinus, vel, ut aliter inſcribitur, Pogius de nobilitate.

Epiſtolæ Franciſci Petrarchæ.

Victorinus in Rhetoricam Cicer:

Georgius Trapezontius ſuper oratione Cicer: pro Q. Ligario.

Funebris oratio Lyſiæ pro his Athenienſibus, qui Corinthiis adverſum Lacedæmonios auxilium ferentes interiere, interprete Franciſco Philelpha ad Pallantem Strozam.

Dion Chryſoſtomus Pruſenſis quod ficta fuit Ilii captivitas, interprete Philelpho, ad Leonardum Aretinum.

Opera Ciceronis.

Commentarii ſuper Rhetoricam Cicer. & ſuper eundem de amicitia & ſenectute.

Vicentinus ſuper aliquot orationes Cicer:

Commentarii Gaſpari in omnes epiſtolas Senecæ:

Quintiliani inſtitutiones oratoriæ.

Declamationes ejuſdem.

Valerius Max: cum commentariis Dionyſii de Burgo.

Quinque volumina fontis memorabilium Dominici de Aricio.

Prognoſticon Juliani Pomerii.

Richardus Bellus aut [a] Bellus, archidiac. Elienſis, & ſocius Balliolenſis, dedit multos libros biblothecæ.

Lectura Snetiſham, doctoris Theologiæ, fuit cancel: Oxon: circa annum D. 1412.

Vincentius Beluacenſis de inſtitutione puerorum.

Petrus Candidus de dignitatibus Romanorum.

Rationarium vitæ Joannis de Ravenna.

Rogerus de Waltham, canonicus Londoniarum, de dictis & factis memorabilibus antiquorum; quo libro videtur, exemplis ex infinito pelago Græcorum & Latinorum autorum petitis, velle rempub. & regem quam optime inſtituere. Meminit Joannis regis tanquam recentis exempli; attamen non dum ſatis cognitum habeo quo tempore vixerit. Scripſit pro tempore ſtylo & eleganti & erudito.

Deſcriptio Italiæ, autore Blundo.

Libri S. Pauli, monachi Caſſinenſis, de geſtis Romanorum.

Jordanis, epiſcopi Ravennatis, liber ad Vigilium de rebus Romanis à Romulo ad tempora Juſtiniani. Scripſit alterum de rebus Geticis ad Caſtalium.

Gulielmi Malmesbirienſis abbreviatio ex libris Haymonis, monachi Floriacenſis, de imperatoribus à Juſtiniano ad tempora Caroli Mag.

Oratio Guarini Veronenſis in laudem rectorum.

Oratio Franciſci Barbari.

[a] An, Belus?

Opera

Opera Lactantii.
Apologeticus Tertulliani de ignorantia Jesu Christi.
Armacani de paupertate Salvatoris libri 7.
Armacani de quæstionibus Armenorum libri 19.
Distinctiones Joannis Bromyardi, fratris Prædic.
Summa Simonis Langton de pœnitentia Magdalenæ, quæ alias dicitur, Meditatio pœnitentiæ. Hic libellus, si recte memini, à quibusdam Stephano Langton Cantuar: attribuitur.
Acta consilii Basilienſis.
Sacræ conciones in Basilienſi consilio pronuntiatæ.
Sermones Bertrandi super epistolas Pauli.
Expositio Bedæ de nominibus urbium & locorum quæ in actibus apostolorum leguntur.
Robertus, Prior S. Frediswidæ, de connubio Jacob ad Laurentium monachum. Robertus Canutus.
Beda super parabolas Salomonis.
Sermones S. Ephrem, abbatis, è Græco translati per Ambrosium, monachum Florentinum, & Cosmo Medici dedicati. Pag. 61. Antonius Marius filius librarius præter alios multa exemplaria Florentiæ pro Gul. Grayo scripsit.
Sermones Joannis Scholastici monachi, eodem interprete, ad Matthæum; abbatem suum.
Opera Dionysii Areopagitæ, Ambrosio monacho interprete.
Didimus de spiritu sancto, interprete Hieronymo.
Sermo Petri Damieni de vitio linguæ.
Petrus Damienus de spirituali certamine.
Epitome Dindimi in philosophiam.
Deploratio virginitatis male amissæ, autore Anshelmo.
Joannes, abbas de Forda, super extremam partem Cantiæ, & sic complevit opus S. Bernardi.
Wallensis de doctrina cordis.
Symbolum fidei per Capgrave Augustinianum ad Gul. Elienſem episcopum.
Balduinus, archiepiscopus Cantuar: de sacramento altaris.
Hampole super duos primos versiculos Canticorum.
Idem super hoc textu: "Oleum effusum nomen tuum."
Idem in tractatum: "Judica me domine."
Idem super hoc textu: "Adolescentulæ dilexerunt te nimis."
Tractatus ejusdem qui incipit, *Ne tardas.*
Tractatus ejusdem qui incipit, *Domine deus meus.*
Tractatus ejusdem qui incipit, *Parce mihi domine.*
Augustinus de Ancona, frater Augusti: super epistolas canonicas & Apocalypsin.
Opera Joachimi abbatis super Hieremiam, de seminio Scripturarum, de prophetia ignota, de ultimis tribulationibus, expositio super Cyrillum, de provincialibus præsagiis, de Concordia, in Apocalypsin, in Psalterium. Ste-

Stephanus Cantuar: ſuper Eccleſiaſticum.
Rabanus ſuper Paralipomena Heſter & Judith.
Gorham ſuper Matthæum & Lucam.
Moralitates Roberti Groſteſt ſuper 4. Evangelia.
Joannes Capgrave, fr. Auguſti: ſuper actus Apoſtolorum ad Gul: epiſcopum Elienſem.
Epiſtolæ Roberti Lincoln:
Odo ſuper Pſalterium.
Lincolnienſis de veritatibus.
Gerſon de pollutione nocturna.
Petrus de Auriola ſuper 2. libr: Sentent:
Petrus de Candia ſuper Sentent:
Gerardus de Senis ſuper 1. Sentent:
Jacobus de Viterbio ſuper 3. libr: Sentent:
Okam ſuper Sententias.
Fizaker ſuper Sentent:
Gregorius de Arimino ſuper Sentent:
Bonaventura ſuper Sentent.
Petrus Tarentaſius ſuper Sentent:
Summa Roberti Lincolnienſis in totam philoſophiam, cujus primus tractatus eſt de primis philoſophis à tempore Noe uſque ad Cyrum, regem Perſarum.
Lincolnienſis ſuper 8. libros Phyſicorum. Eſt quiddam compendioſum.
Andreas Antonius ſuper Metaphyſ: Ariſtot:
Bukfeld ſuper Metaphyſ: Ariſtot:
Burley ſuper libros Ethicorum Ariſtotelis . . . . . .
. . . . . .

Pag. 62. Expoſitio fratris Bercaldi ordinis Prædic: ſuper elementatione Theologica Procli.

Libelluli omnes. Burley de formis, de ſenſibus, de diviſione entis, de toto & parte, de finito & infinito, de duobus principiis, de tribus in toto univerſo per ſe agentibus, de qualitatibus, de diviſione potentiæ in activam & paſſivam, de * difinitione & modo definiendi, de relativis, de abſtractis, de memoria & reminiſcentia, de longitudine & brevitate vitæ.

Libri 3. Alexandri ordinis Minorum de anima ad Philippum de Melduno tanquam commentaria in libros Ariſtotelis de anima.

Bacon de utilitate aſtronomiæ.] *Superius quidem dictum eſt quod* 1022. *ſunt ſtellæ fixæ, quarum quantitates poſſunt apprehendi per inſtrumenta aſtronomiæ.*

Albertus de origine animæ.

De nominibus librorum aſtronomiæ qui ſtant cum fide & non.

Bacon ſuper libros Phyſicorum. Sic incipit,] *Poſtquam*

* *Sic.* *tradidi*

tradidi Grammaticam ſecundum linguas diverſas, prout valet ſermo, neceſſaria ſunt ſtudio Latinorum & Logicalia. Cum his expedivi, atque in ſecundo volumine tractavi partes Mathematicæ, nunc in 3. occurrunt naturalia: in 4. Metaphyſica cum moralibus ſubjungentur.

Aphoriſmi Urſonis.

Ethica & Politica Ariſtotelis, interprete Leonardo Aretino ad Martinum 5.

Oeconomica Ariſtotelis, eodem interprete ad Coſmum.

Commentaria Euſtachii, Metropolitani Niceæ, in Ethica Ariſtot:

Epiſtolæ Platonis, interprete Leonardo Aretino.

Libri . . . . cœleſtis Politiæ Platonis, interprete P. Candido ad Humfredum ducem Gloceſtrenſem.

Burleus ſuper 8. libros Phyſicorum.

Quæſtiones M^i. Joannis Sharp de anima.

Whelpedale de aggregatis.

Idem de compoſitione continui ex non quantis.

Univerſalia ejuſdem.

Prædicamenta Magi. Ro: Alington.

Sex principia Mylverley.

Canonicus ſuper libros Phyſicorum.

Dedicus ſuper libros Phyſic:

Avicenna de inventione ſcientiarum.

Gul. Gray, epiſcopus Helienſis, plurimos libros dedit bibliothecæ Balliolenſis collegii.

Georgius Nevilla ſtuduit in colleg: Balliolenſi. Fuit epiſcopus, ut adfirmant, Iſcenſis, deinde Eboracen:

Burley ſuper Porphyrium, ſuper Prædicamenta, ſuper 6. principia, ſuper librum Perihermen. ſuper libros Poſter: ſuper 4 libr: de ſenſu & ſenſato. Idem de univerſalibus, de potentia animæ, de ſomno & vigilia. Idem ſuper libros Topicorum. Idem ſuper libros de generatione & corruptione.

Quæſtiones Roberti Cary ſuper libros Poſteriorum, editæ anno D. 1325.

Yſagoge Aretini.

Commentarium rerum Græcarum ad Angelum nobilem equitem, autore Leonardo Aretino.

Lucianus de amicitia.

De contentione præſidentiæ Alexandri, Hannibalis, & Scipionis coram Minoë, rege inferorum, Auriſpa equite, ut arbitror, interprete.

Triumphus Genuenſium adverſus regem Arragonum.

Leonardus Aretinus de origine urbis Mantuæ.

Tres orationes, nempe Ulyſſis, Achillis, & Phœnicis, ex Homero per Aretinum deſumptæ, non ad verbum, ſed ad ſenſum. Genus dicendi in . . . . . .

. . . . . .

Pag. 63.

Verſus Jo: Lincoln: de ſeipſo:

Stirpe parum clarus, magis aptus, quam bene doctus;
Fraudis inexpertus, facto ſermoneque verus.

Joannes Lincolnienſis multos libros bibl: dedit.

Baſilii opuſculum, interprete Aretino.

Tyrannus Xenophontis dialogus, eodem interprete.

Oratiuncula Leonardi Aretini ad Martinum S. pont: Ro:

Teſtimonia gentilium conferentia religioni Chriſtianæ, autore Rogero Bacon.] Quoniam occaſione cujuſdam ſermonis.

Bucolica Boccatia continentia 16. eglogas.

Boccatius de Certaldo de caſibus illuſtrium virorum.

Boccatius de claris mulieribus.

Epiſtolæ Petri de Vineis.

Boccatius de genealogia deorum.

Victoris hiſtoria de perſecutione Aphrycana.

Epitaph: Franciſci Petrarchæ.

Frigida Franciſci lapis hic tegit oſſa Petrarchæ.
Suſcipe virgo parens animam, ſate virgine parce,
Feſſaque jam terris cœli requieſcat in arce.

Commentarii ſuper utramque Rhetoricam Ciceronis.

Opera Ciceronis.

Commentaria 11. belli Punici, autore Leonardo Aretino.

Tragœdiæ Senecæ.

Exempla Senecæ.

Penbikil ſuper diviſionem entis in Prædicamento.

Askox Oxon: ſuper 1. & 2. libr: Sentent:

Brichemon ſuper libr: dialectices Ariſtotelis.

Kilwardby de diviſione Scientiarum.

Suiniſhed quæſtioniſta.

Diſputationes contra tres articulos Huſſitarum.

Summa Bromyardi, fratris prædicatoris, ingens volumen, & diverſum à diſtinctionibus ejuſdem.

Defenſorium eccleſiaſticæ poteſtatis ad Urbanum 6.

Auguſtinus de Ancona de ſumma poteſtate eccleſiaſtica.

Petrus de palude de eccleſiaſtica poteſtate.

Q. Curtius de vita Alexandri Mag. furto ſublatus.

Diſtinctiones Michaëlis Meldenſis ſuper Pſalterium.

Tacuinus de conſervatione ſanitatis.

Oribaſius de ſimplici medicina.

Barptolemæus Facius de vitæ felicitate.

Maphæus Vegius de felicitate & miſeria.

Ejuſdem libellus de injuriis veritati illatis.

Diſputatio & judicium inter Stoicum & Epicureum.

Cintius interpres Plutarchi de vitio & virtute.

Apologia Socratis, Leonardo Aretino interprete.

Epiſtolæ

Epiſtolæ Sidonii Apollinaris.
Epiſtolæ Symmachi.
Undecim libri rerum ſenilium Petrarchi.
Collutius Pierius Salutatus de fato & fortuna.
Epiſtolæ Lini Collutii Salutati, quondam cancellarii Florent:
Collutii Pierii Salutati tractatus ad Antonium de Branffaldis, ut medici ſtudeant eloquentiæ.
Idem an verecundia ſit virtus an vitium? Gul. Warham ſocius fuit Novi colleg.
Epiſtolæ Lini Collutii Salutati de Stignano.
Epiſtolæ Leonardi Aretini.
Orationes ejuſdem.

Ex indice cujuſdam librarii.

Ternarium Odonis.
Petrus, Prior S. Trinitatis Londini, de reparatione lapſus, juſtum volumen.

Saresbiriæ apud Prædicatores. Pag. 64.

Quolibeta Nicolai Triveti.
Leo papa de conflictu vitiorum & virtutum.
Hiſtoria Britannica mediocri carmine ſcripta à Bruto ad Caduualadrum, incerto autore, ſed qui ſecutus eſt Galfredum Monemutenſem.

Cernelium, [ſive Cerne, com. Dorſet.] Pag. 65.

Ex fundatione Ailmeri, comitis Cornubiæ, tempore Ædgari regis. ſepultus eſt Egneſhami prope Oxonium.

Ex veteri Codice.

Athelbaldus & Ailbertus reges, filii Atulphi, ſepulti Shireburniæ ab Alchſtano epiſcopo, eorum propinquo.
Fons S. Auguſtini Cernelii.
Ante novam fundationem Cernelii tantum erat trium monachorum cœnobiolum, ubi nunc eſt parochialis eccleſia de Cernel.

Ex libello de vita S. Ædwoldi, fratris S. Edmundi martyris.

Eaduualdus duxit vitam heremiticam in provincia Dorcetenſi, prope fontem cog: argenteum.
Almarus, comes Cornubiæ, cum Dunſtano tranſtulere reliquias Eadwoldi ad veterem eccleſiam Cernelienſem, ubi nunc parochialis eccleſia.
Canutus, ſpoliato monaſterio Cernelienſi, contulit ſe ad Portum, Frommutham nomine, occidentalis Angliæ.
Inde navigantes ad Brunkeſeiam, hoc eſt, ad Brunci inſulam. Bronchi. Bruchus.

Leyland.

Brunci inſula ad duo milliaria diſtat à Pola, & oceano circumdatur. Nulla ædificia habet præter ſacellum.

Cainſham Canonici.

Gulielmus, Præcentor Meldunenſis, de miraculis D. Mariæ.
Gulielmus Meld: de geſtis pontificum Anglorum.
Osberti Cantuar: liber de vita S. Ælphegi.
Vita Aldhelmi, eodem, ut arbitror, autore.

Brightſtow apud Auguſtinianos canonicos.

Chronicon Ivonis.
Topica Ciceronis.

Pag. 66. *In bibliotheca cœnobii de Batayle.*

Gloſæ Odonis, abbatis de Bello, ſuper Pſalterium.
Clemens, Prior Lantonenſis, de ſpiritualibus alis & pennis Cherubin.
Chronicon Jordanis, epiſcopi Ravennacenſis, integrum. Præfiguntur hiſtoriæ nomina autorum, quorum teſtimoniis uſus eſt. Et in fine operis recenſet nomina barbararum gentium, id eſt, populorum Germaniæ.
Itinerarium Antonini mancum, in quo nihil de Britannia.
Mellitus quidam Aphricanus epiſcopus, de aſſumptione D. Virginis. Lelandus. In libello quædam ſunt, meo judicio, mire fabuloſa.
Beda de diſtantia locorum ex actibus apoſtolorum tantum in indice comparuit.
Martinus epiſcopus de 4. virtutibus cardinalibus.
Epiſtolæ Ivonis de corpore & ſanguine domini.
Gildas tantum in indice viſus eſt.
Expoſitio Odonis abbatis ſuper cap^a. 11^i. libri regum.
Sermo Stephani, archiepiſcopi Cantuar. de aſſumptione D. Mariæ.
Sermones Richardi de Melcheſham. juſtum volumen.
Sermones Stephani Cantuar:
Liber Chronicorum fratris Wilhelmi de la Lee.
Albini reſpontiones.
Albinus de proprietate ſermonum.
Topographiæ Walliæ & Hiberniæ, autore Sylveſtro Giraldo Cambrenſi.
Prophetia Hildegardis integra.
¶ Summa Michaëlis de Smaulfeld.

Lelandus.

Fuit Odo, alias Woode, vir in primis eruditus, & familiariſſimus non modo Joanni Sarisbirienſi, verum etiam Thomæ Beketo, archiepiſcopo Cantuar: Ex Priori eccleſiæ Chriſti Cantuar: factus eſt abbas Bellenſis monaſterii, ubi in parte inferiori eccleſiæ jacet in ſepulchro Lydii, ſive nigri marmoris, non parvo poſt obitum tempore à populo pro Sancto habitus.

Abbas

Abbas Bellenſis monaſterii narravit mihi, vitam Odonis apud ſe extare ſcriptam.

Doctor Bourd of Pevynſey.

Michaël Tregory, è Corinia oriundus, ſtudebat Theologiæ Oxonii. At cum Henricus, ejus appellationis quintus, Cadomi, urbe Normanniæ, achademiam inſtitueret, accerſivit Tregorium, ut novo ſimul & præeſſet & prælegeret gymnaſio.

Pag. 67, 68, 69, 70. vacant.

Ex veteri codice Rofenſis monaſter: Pag. 71.

[*Fundationes monaſteriorum.*]

Anno domini CLXXXVI°. ſubverſum eſt templum Apollinis, quod erat apud Weſtmonaſterium, quod tunc Thorney vocabatur, & tunc cœpit ædificari eccleſia Sancti Petri ante adventum Anglorum in Britanniam CCLXIIII°. ante adventum Sanctorum Auguſtini ſociorumque ejus anno CCCCXI°. Eodem anno Britannia fidem Chriſti ſuſcepit, prædicantibus illis verbum Fugatio & Damiano, miſſis à papa Eleutherio, regnante Lucio rege Britonum. Weſtmonaſter.

Eccleſia Chriſti Cantuariæ à Romanis fundata eſt, ſed à beato Auguſtino dedicata. Cant:

Anno CCCXIII°. baſilica in honore Sci. Albani conſtruitur x. annis poſt paſſionem ejus. Sci. Albani.

An°. domini D.XCVI°. ſervus dei Auguſtinus miſſus eſt Britanniam à beato papa Gregorio, ut barbaræ genti verbum dei prædicaret, anno CXLVII°. ex quo Horſus & Hengiſtus venerunt Britanniam, ut eam ſubjugarent. Adventus Sancti Aug: in Britan:

Anno DCIIII°. glorioſus rex Ethelbertus Cantiæ eccleſiam Sancti Andreæ in civitate Rofenſi conſtruxit, eamque multis poſſeſſionibus & amplis dotavit, & in eadem beatus Auguſtinus Juſtum epiſcopum ordinavit. Rofenſis eccleſia.

Eodem anno in civitate London ad eccleſiam Sancti Pauli, quam idem rex Ethelbertus Cantuariæ conſtruxerat, Mellitum epiſcopum Auguſt: deſtinavit. Pauli eccleſia Lond:

Anno domini DCVIII°. beatus Auguſtinus, Dorobernenſis archiepiſcopus primus, diem clauſit extremum, & ſepultus juxta eccleſiam apoſtolorum Petri & Pauli, quam idem rex Ethelbertus Cant: fundaverat, nec dum perfecta fuerat. Sancti Auguſt. eccleſia Cant:

Anno DCXXVIII°. eccleſia Eboracenſis ab Eadwino rege fundata eſt, & Paulinus archiepiſcopus primus in ea conſtituitur. Eccleſia Eboracenſis.

Anno domini DCXXIX°. Paulinus, primus archiepiſcopus Eboracenſis, fundavit eccleſiam in Lindiſſe, quæ modo Lincolnia vocatur, & in ea Honorium epiſcopum ordinavit. Lincolnienſis.

Anno domini DCXXXIII°. beatus Felix fundavit eccleſiam de Dommoc, quæ modo Felixſtow vocatur, & in ea ſedit XVIIm. annis, illius provinciæ pontifex primus. Felixſtow.

Anno

Dorkeceſter. Anno domini DCXXXV°. beatus Birinus eccleſiam Dorkeceſtriæ fundavit, & in ea ſedit epiſcopus primus.

Wynceſter. Anno domini DCXLIIII°. Kinewald, rex occidentalium Saxonum, ſedem epiſcopalem in Wintonia fundavit, in qua Hedda pontifex primus ex Anglis fuit.

Peterborow. Anno domini DCLXXIIII. Sexulfus, qui erat conſtructor & abbas monaſterii, quod dicebatur Medeneſhamſtede, modo Burgus Sancti Petri, non multo poſt factus eſt epiſcopus Lichefeldenſis.

Cirteſey. Berkyng. Anno DCLXXV°. Erkenwaldus, Londō epiſcopus, duo monaſteria fundavit, Cherteſey monachorum, & Berckinges ſanctimonialium.

Eccleſia Sancti Martini London. Anno domini DCLXXVII°. Britones in occidentali parte Londō fundaverunt eccleſiam Sancti Martini in memoriam regis illorum Cadwallonis, qui viriliter Anglos debellaverat, [a] & in eadem pro eo obſequia æternaliter celebrarent divina.

Dover. Anno domini DCXIII°. Withredus, rex Cantiæ, in villa Doveriæ in honorem Sancti Martini fabricavit, & monachos inſtituit, & divitiis [b] effecit.

Anno domini DCCIII°. Theodorus, archiepiſcopus Cantuarienſis, à Vitalliano papa miſſus Britanniam conjunctus regi Northanimbrorum Egfrido donante ei terram LX. familiarium, monaſterium in honorem beati Petri ad oſtium Weræ fluminis conſtruxit. Sed & aliud monaſteri: ad honorem doctoris gentium Pauli in Girvium fundavit, & multipliciter curavit.

Pag. 72. Epiſcopatus Winton: in duo diviſus. Anno domini DCCIIII°. epiſcopatus Wintonienſis in duo diviſus, Winton: datus eſt Danieli, altera, id eſt, Sireburnenſis, Aldelmo collata eſt.

Seleſeye. Anno domini DCCXI°. Wilfridus, Hauguſtaldenſis epiſcopus, perſecutionem declinans, inſula de Seleſeye per quinquennium latuit, & ibi monaſterium fundavit in honorem beatæ Mariæ, donante ei terram rege Auſtralium Saxonum Ethelwoldo, quod multo poſt tempore ſucceſſores ejus tenuerunt.

Wigorn: Anno DCCXII°. Egwinus, Wigorniæ præſul tertius, cum rege Merciorum Kinredo, & Orientalium rege Offa, Roma veniens, monaſterium Wigornienſe, quod conſtruxerunt, à papa Conſtantino libertatis privilegio conceſſo, confirmavit.

Wymburne. Anno domini DCCXX°. Cuthburga, ſoror Inæ, regis Occidentalium Saxonum, apud Wymburne abbatiam conſtruxit.

Inſtitutio monachorum ad Sanctum Albanum. Anno domini DCCXCIIII°. Offa, rex Merciorum potentiſſimus, angelica admonitus viſione, & cœleſtis lucis ad modum faculæ ſuper ſepulchrum glorioſi protomartyris Anglorum

[a] F. ut. [b] F. affecit.

Albani

Albani [a] emiſſæ, de loco humili & populo incognito [b] ſublata, in locellum, ex auro & argento & lapidibus pretioſis fabrefactum, pii martyris repoſuit pignora, & eccleſiam in honorem ipſius, quæ barbarorum incurſu fuerat deſtructa, reparavit, & monachos, ut ad ſancti corpus deſervirent, inſtituit, & Romam pergens, à papa Adriano canonizationem martyris prædicti & monaſterii confirmationem privilegiis ſpecialibus impetravit. Fuerat namque locus ille tempore adventus Anglorum in [c] Britannia, ſicut cetera loca Britanniæ penitus deſtructa, & ſolo tenus complanata. Acta ſunt hæc à paſſione beati Martyris anno D.VII°. ab adventu Anglorum in Britanniam anno CCCXLIIII°. Indictione prima, Kal. Aug.

Anno domini DCCXCVIII°. dedicata eſt eccleſia de Wincheleſcumbe, quam excellentiſſimus Merciorum rex Kenulfus paulo ante conſtruxerat, & monachos inſtituerat. Et ipſa etiam dedicationis die, in præſentia tredecim epiſcoporum & x. ducum, regem Cantiæ captivum Eabertum, cognomine Spreu, libertate donavit. Wyncheleſcumbia.

Anno domini DCCCXVI°. facta eſt ſecunda vaſtatio maxima in civitate & eccleſia beati Andreæ Rofenſ. Secunda vaſtatio Rofenſis eccleſiæ.

Anno DCCCLXVIII°. Alkwinus, Wigorniæ epiſcopus, conſtruxit eccleſiam de Kemeſey, & ad dedicationem perduxit. Kemeſey.

Anno domini DCCCLXXI°. obiit glorioſus rex & martyr Eadmundus anno ætatis ſuæ XXXIX°. regni vero ſui XVI°. XII°. Kalen. Decembr. Indictione tertia. Quo etiam tempore conſtructa eſt in eodem loco pauperrimo opere eccleſiola, ubi corpus ſanctiſſimi martyris per multa tempora requievit. Eccleſiola Sancti Eadmundi.

Anno domini DCCCLXXXVIII°. rex Alfredus Weſtſaxoniæ, totius Angliæ primus monarcha, fundavit duo cœnobia, unum monachorum vocatum Etheling, alterum ſanctimonialium vocatum Shaftesbiri. Etheling. Shaftesbiri.

Anno domini DCCCXCVI°. rex Alfredus Wynton novum monaſterium fundavit, in quo ipſe poſtea traditur ſepultus. Novum monaſterium Winton.

Anno domini DCCCXXXIX. rex Ethelſtanus pro anima fratris ſui Eadwini, quem pravo uſus conſilio in mari fecerat ſubmergi, duo cœnobia, ſ. [d] Midelſtones & Michelneienſe, conſtrui præcepit, & ea prædiis multis & poſſeſſionibus ampliavit. Midelſtones. Mychelneye.

Anno DCCCLVIII°. rex Eadgarus apud Weſtmonaſt: ad duodecim monachos conſtruxit cœnobium, ubi quondam eccleſia [e] beatio Petro fabricata fuerat. Pag. 73. Monachi apud Weſtmo: inſtituuntur.

---

a Emiſſo MS. b Sublatum MS. c F. Britanniam. d *Sic, cum puncto ſub* ſ, *& duobus punctis ſub* es. *At in margine tria ſub* es *ponuntur puncta.* e *Sic, cum puncto ſub* i.

Anno

Taviſtoke. Anno domini DCCCCLXI°. comes Ordgarus, pater Alfridæ, reginæ regis Eadgari, cœnobium apud Taviſtoke conſtruxit in Devonia, & illud religioſis monachis replevit.

Monachi ad vetus monaſt: Winton: reſtituuntur. Anno domini DCCCCLXIII°. rex Eadgarus, expulſis clericis, vetus monaſterium Wintoniæ monachis replevit.

Anno domini DCCCCLXIIII. rex Eadgarus duo monaſteria fundavit, unum Wintoniæ, & aliud in Mideltuna, & in ea monachos collocavit.

Monachi Wigorn: expulſis clericis collocati. Anno domini DCCCCLXIX°. rex Eadgarus, clericis expulſis, monachos in eccleſia Wigornienſi collocavit.

1 Monachi Exoniæ congregati. 1 Anno domini DCCCCLXVIII°. rex Eadgarus monachos in Exonia congregavit.

2 Glaſcon: 2 Anno DCCVIII°. Ina, rex Occidentalium Saxonum, monaſterium Glaſconienſe nobiliſſimum conſtruxit.

3 Eadmundi monaſterium. 3 Anno domini MXX°. rex Cnuto, conſtructo regali monaſterio cum competentibus officinis in loco, qui Bedericheworth nuncupatur, ubi rex & martyr Eadmundus incorrupto corpore diem beatæ reſurrectionis expectat, & monachos in eo inſtituit. Cœnobium quoque illud beati regis & martyris Eadmundi tot prædiis & bonis aliis ampliavit, ut omnibus fere Angliæ monaſteriis in rebus temporalibus merito præferatur.

Becci. Anno domini MXXXIIII°. Herlewinus miles in fundo ſuo abbathiam Becci fecit, & abbas ibi primus fuit.

Monaſt: Sancti Petri Weſtmo: reparatum. Anno domini MXLIX°. rex Eadwardus tertius, qui ſanctus dicitur, monaſterium Sancti Petri Weſtmonaſt: reparavit, & poſſeſſionibus & libertatibus largifluis ampliavit.

Monaſt: Frediſwidæ Eodem etiam anno inſtitutio canonicorum Sanctæ Frediſwidæ.

[Oxon:] Coventre. Anno domini MLI°. comes Leofricus cum uxore ſua Godiva monaſterium de Coventre conſtruxit, & monachis impoſitis, terris, redditibus, & aliis variis ornamentis magnifice dotaverunt.

Dedicatio eccleſiæ Sancti Eadmundi. Anno domini MXXXII°. archiepiſcopus Agelnothus Sancti Eadmundi in Beadericheworth monaſterium honorifice conſtructum in veneratione dei genitricis Sanctique præfati XV. Kal. Novemb. dedicavit.

Abbatia de Bello. Anno M.LXVII. rex Willielmus, conqueſtor Angliæ, abbathiam de Bello conſtruxit, & monachos inſtituit, ut pro occiſis in bello ab ipſis in perpetuum hoſtiæ ſalutis deo rederentur.

Norwicen: Anno domini MXCIIII°. VI°. Idus Aprilis epiſcopatus de Theodford tranſlatus eſt in Norwicum, ibique monachorum congregationem, numero & religione percelebrem, inſtituit Herebertus, cognomento Loſenge, omnia eis neceſſaria ſumptu mercatus domeſtico. Qui Herbertus, ab abbate Rameſeiæ empto præſulatu, factus eſt Theodfordenſis epiſcopus. Sed poſtmodum

poſtmodum pœnitentia ductus Romam profectus eſt, & Simoniacum baculum & annulum papæ reſignavit. Veruntamen ſedis apoſtolicæ indulgentia propiciante reſtitutus eſt, & deinde ſedem ſuam ad Norvicum tranſtulit, ut prædictum eſt. Præterea idem Herbertus monachos Cluniacenſes inſtituit.

Anno domini M.XCVI°. fundata eſt eccleſia Sancti Joannis Coëlceſtriæ ab Eudone dapifero. Pag. 74. Coëlceſtr.

Anno domini M.XCVIII°. inceptum eſt à fratribus quærentibus oportunam manſionem. Vox igitur deſuper audita in lingua illius patriæ, Cy eſte vous, hoc eſt, hîc ſtate, & ibi manſerunt, & eccleſiam cum ædificiis conſtruxerunt. Ordo Ciſtercienſis.

Anno domini M.CVI°. conſtitutus eſt ordo canonicorum in eccleſia Sanctæ Mariæ de Sowthwerke. Suthwerk.

Eodem quoque anno Gundulfus, epiſcopus Rofenſis, monaſterium de Mallynges conſtruxit, & in eodem ſanctimoniales inſtituit. Mallynges.

Anno domini a M.CVII°. Normannus prior fundavit eccleſiam Chriſti Londini in religione. Eccleſia Chriſti Londini.

Anno domini MCIX°. abbathia Helienſis in ſedem epiſcopalem commutatur per Henricum regem primum. Abbathia Heli in epiſcopatum commutatur.

Anno domini MCXIX°. incepit ordo Templariorum. Templarii.

Anno domini MCXXI°. rex Henricus primus monachos inſtituit apud Radinges, ut monaſticum ordinem obſervarent ſub regula Sancti Benedicti. Rading.

Circa annum domini M^m.XCI^m. monachi apud Dunelmum poſiti ſunt tempore regis Willielmi Junioris. Dunelmum.

Anno MCXXXII°. facta eſt abbathia de Waverle, & de Fontibus, & de Riwalles. Waverle. Fowntaynis. Riwalles.

Anno domini MCXXXIIII°. conſtructæ ſunt abbathiæ de Quarerya, & de Cumbermer, & de Stratford, ordinis Ciſtercienſis. Quarre. Stratford.

Anno domini M.CXXXVIII°. eccleſia Rofenſis combuſta eſt cum omnibus officinis monachorum, & cum civitate Roſenſi. Eccleſia Rofen: cum civitate combuſta.

Eodem anno abbatiæ de Wardonia, alias de Sartis incipiuntur. Wardon. Sartis.

Anno MCXLI°. abbathia de Roggiſhale incipitur. Roggiſhale.

Anno domini MCXLIII°. abbatia de Boxleia conſtruitur à Willielmo de Ypre. Boxleia.

Anno domini MCXLVI°. facta eſt abbatia de Saltreia. Saltreia.

Anno domini MCXLVII°. rex Stephanus conſtruxit abbatiam de Faveresham, & poſſeſſionibus dotavit. Leyland. Forte pro anno domini MXLVII°. legendum anno MCXLVII°. Faveresham.

Hoc anno ordo Præmonſtratenſis venit ad Alnewic, ubi primus abbas Baldewinus. Alnewic.

Bellus locus.

Anno domini MCCIIII°. abbatia Belli loci fundatur à rege Joanne.

Ordo fratrum Minorum.

Anno domini MCCVII°. ordo fratrum Minorum incepit.

Hoſpitale Sancti Joannis in Oxonia.

Anno MCCXXXIII°. Henricus rex tertius nobile hoſpitale, quod domus Sancti Joannis dicitur, in Oxonia fundavit propriis ſumptibus.

Hayles.

Anno domini MCCXLVI°. comes Ricardus quandam ordinis Ciſtercienſium, quod Hayles vocatur, non procul à Winchelcumbe competenter fundavit.

Pag. 75. Malmesbiri.

Cœnobium de Malmesbiri initium ſumpſit à quodam Meildulfo, natione (ut aiunt) Scoto, eruditione philoſopho, profeſſione monacho, adeo anguſtis ſumptibus elaboratum, ut inhabitantes ægre quotidianum victum expedirent; ſed poſtmodum per beatum Aldelmum & Sanctum Leutherium epiſcopum tempore Kenwalki, regis Weſtſaxonum, magnifice auctum, & poſſeſſionibus ampliſſimis ditatum eſt, circa annum domini DCXLVIII°.

Templum dei in . . . . . .

Eodem tempore idem rex Kenewalkus primus anteceſſorum ſuorum templum deo per id ſeculi pulcherrimum conſtruxit.

Glaſconia.

Anno domini DCCXXVII°. Ina, rex Occidentalium Saxonum, abbatiam Glaſconiæ conſtruxit jamdudum deſtructam, & multis poſſeſſionibus ditatam privilegiorum ſuorum munimine roboravit.

Bathonia.

Monaſterium Bathonienſe fundavit rex Offa. Sed Eadgarus rex, ſicut pleraque alia, more ſuo magnifice auxerat, delectatus loci amœnitate, & quod ibi coronam regni ſuſceperat.

Ambresbiri. Warwell.

Anno domini DCCCCLXXIX. Ethelfrida, interfectrix Sancti Eadwardi martyris, cauſſa pœnitentiæ duo cœnobia fundavit feminarum, videlicet Ambresbiri & Warwelle.

Abbendon. [Inæ.]

Abbendon cœnobium fundavit Ciſſa, pater Hyne; ſed Elfredi tempore regis, cum barbarica ubique diſcurſaret petulantia, ædificia loci ad ſolum complanata. At vero rex Ethelredus loci miſeratus ſolitudinem, ſimulque avi animæ conſulens, cuncta reſtituit ablata per manum Athelwoldi, quem ibidem poſuerat, tantumque Athelwoldus inſtitit cœptis, ut fere ad finem perduceret. Sed per Eadgarum regem ad epiſcopatum Wintonienſem vocatus eſt, antequam ſummam manum rebus imponeret. Complevit magiſtri nomen & molimina Ordgarus ab eo in abbatiam ſubſtitutus. Regnavit autem Ethelredus rex, prædicti loci reſtaurator, anno domini DCCCLXVII°.

Inſtitutio monachorum ad eccleſiam Roſen:

Anno domini M.LXXXIII°. Lanfrancus, archiepiſcopus Cant. & Gundulfus, Roſen. epiſcopus, reſtituerunt monachos in eccleſiam Sancti Andreæ Roſeceſtriæ. Audierant enim hîc quondam monachos fuiſſe. Unde ad antiqua ſtatuta redeuntes,

untes, monachorum ordinem ſtatuere ſanxerunt. Tempore ergo brevi elapſo eccleſia nova, veteri deſtructa, incipitur. Officinarum ambitus convenienter diſponitur. Opus omne intra paucos annos, Lanfranco pecunias ſubminiſtrante multas, perficitur. Igitur perfectis omnibus, quidam tamen ex quinque clericis, qui hîc inventi fuerant, ad religionis habitum confluentes, aſſociatis multis aliis, ad ſexagenarium numerum & amplius in brevi ſub doctrina patris Gundulphi ſubcrevere monachi. Quem numerum Gilbertus de Glanvilla, iſtius loci epiſcopus, minuit, cujus memoria minuitur in recenſione Roſenſium pontificum, & in li°. vitæ.

Ex fine libri 1*i. Gulielmi à Maildulphi curia de reg.* Pag. 76.

Dominabantur ergo reges Cantuaritarum proprie in Cantia, in qua ſunt hii epiſcopatus, archiepiſcopatus Cantuar. epiſcopatus Roſenſis.

Reges Weſtſaxonum dominabantur in Wiltefire, Bercenſi, & Dorſetenſi pagis, quibus eſt epiſcopus unus, cujus eſt modo ſedes Salesbiriæ; quondam erat Ramesbiriæ, vel Sireburnæ.

Et in Suthſexa, quæ aliquanto tempore proprium habuit regem; eratque ſedes epiſcopalis ejus pagi antiquitus in Seleſeio, quæ eſt inſula circumflua ponto, ut Beda narrat. Ubi etiam beatus Wilfridus monaſterium conſtruxit. Nunc habitat epiſcopus apud Ciceſtram.

Et in pagis Suthhamtunenſi & Suthreienſi, quibus eſt epiſcopus, qui habet ſedem Wintoniæ.

Et in pago Sumerſetenſi, qui habebat olim apud Wellas epiſcopum, qui nunc eſt Bathoniæ.

Et in Domonia, quæ Devenefire dicitur, & in Cornubia, quæ nunc Cornu-Galliæ dicitur. Erantque tunc duo epiſcopatus, unus in Cridintune, alter apud Sanctum Germanum. Nunc eſt unus, & eſt ſedes ejus Exoniæ.

Porro reges Merciorum dominabantur pagis hiis; Gloëceſtrenſi, Wigornenſi, Warwicenſi. In hiis epiſcopus eſt unus, cujus ſedes eſt Wigorniæ.

Et in Ceſtrenſi, & in Derbenſi, & Statfordenſi. In his eſt epiſcopus, & habet partem Warwicenſis, & Srobesbirienſis pagi, & eſt ſedes apud civitatem Legionum, vel Coventreiam; quondam erat Lichefeld.

Et in Herefordenſi, habeturque ibi epiſcopus, habens dimidium pagum Shrobesbiriæ, & partem Warwicenſis, [a] Gloëceſtriæ, poſſidens ſedem in Herefordo.

Et in Oxenefordenſi, Bucchingenſi, Hurchfordenſi, Huntendunenſi dimida, Dimidia Bedefordenſi, Northamtunenſi,

[a] *L.* & Gloëceſtrenſis.

Legeceſtrenſi, Lincolienſi, quos regit epiſcopus qui modo habet ſedem Lincoliæ, quondam habebat apud Dorkeceſtram.

Et in Legeceſtrenſi, Snotingenſi, quorum Chriſtianitas ad archiepiſcopum Eboracenſem ſpectat. Habebaturque ibi olim proprius epiſcopus, cujus ſedes erat apud Legeceſtram.

Reges Orientalium Anglorum dominabantur in pago Grantebrigenſi, & eſt ibi epiſcopus cujus ſedes eſt apud Hely.

Et in Northfolke & Suthfolke, & eſt ibi epiſcopus, cujus ſedes eſt apud Northwich, quondam erat apud Helmam vel Theoford.

Pag. 77. Reges Orientalium Saxonum dominabantur in Eaſtſaxa, & dimidia Hurthfordenſi, ibi & habetur epiſcopus Londonienſis.

Reges Northanimbrorum dominabantur in omni regione quæ eſt ultra Humbram fluvium uſque ad Scothiam, erantque archiepiſcopatus Eboracenſis, epiſcopus Hauguſtaldenſis, & Ripenſis, Lindisfarnenſis, de Candida caſa. Hauguſtaldenſis & Ripenſis defecerunt, Lindisfarnenſis tranſlatus eſt in Dunhelmum.

Et paulo poſt ſcribit:

Sed has omnes regnorum varietates Egbyrthus animi magnitudine compeſcuit, & ea uni conquadrans imperio ad uniforme dominium, ſervans unicuique proprias leges,[a] notavit.

Pag. 78, 79, 80. vacant.

Pag. 81. *Hæc quæ ſequuntur deſunt in hiſtoriæ calce, quam Beda ſcripſit.*

Et Orchadas quoque inſulas Romano adjecit imperio. Anno dominicæ incarnationis centeſimo ſexageſimo ſeptimo E-
167. leutherius Romæ præſul factus, quindecim annis eccleſiam glorioſiſſime rexit, cui rex Britanniæ Lucius literas mittens, ut Chriſtianus efficeretur petiit, & impetravit. Anno ab incarnatione domini centeſimo octogeſimo nono Severus imperator factus decem & ſeptem annis regnavit, qui Britanniam vallo à mari uſque ad mare præcinxit. Anno trecenteſimo octogeſimo primo Maximus in Britannia creatus imperator in Galliam tranſiit, & Gratianum interfecit. Anno quadringenteſimo nono Roma à Gothis capta eſt, ex quo tempore Romani in Britannia regnare ceſſarunt. Anno quadringenteſimo triceſimo Palladius ad Scottos, in Chriſtum credentes, à Celeſtino papa primus mittitur epiſcopus. Anno quadringenteſimo quadrageſimo nono Martianus cum Valentiniano imperium ſuſcipiens ſeptem annis tenuit, quorum tempore Angli à Britonibus accerſiti Britanniam adierunt. Anno quingenteſimo triceſimo octavo eclypſis facta eſt ſolis XIIII. Calendas Martii ab hora prima uſque ad tertiam. Anno quingenteſimo quadrageſimo ſeptimo Ida regnare cœpit, à

[a] *Rectius*, vocavit, *ut in Ed. Savil.*

quo

quo regalis Northanumbrorum proſapia originem tenet, & duodecim annis regnavit. Anno quingenteſimo ſexageſimo quinto Columba presbyter de Scotia venit Britanniam ad docendos Pictos, & in inſula Hu monaſterium fecit. Anno quingenteſimo nonageſimo ſexto Gregorius papa miſit Britanniam Auguſtinum cum monachis qui verbum dei omni genti Anglorum annuntiarent. Anno quingenteſimo nonageſimo ſeptimo venere Britanniam præfati doctores, qui fuit annus plus minus annorum centum quinquaginta adventus Anglorum in Britanniam. Anno ſexcenteſimo primo miſit papa Gregorius Britanniam pallium Auguſtino jam facto epiſcopo, & plures verbi miniſtros, in quibus & Paulinum. Anno ſexcenteſimo tertio pugnatum eſt ad Deganſtane. Anno ſexcenteſimo quarto orientales Saxones fidem Chriſti percipiunt ſub rege Saberto, antiſtite Mellito. Anno ſexcenteſimo quinto Gregorius papa obiit. Anno ſexcenteſimo ſextodecimo Ethelbertus, rex Cantuariorum, defunctus eſt. Anno ſexcenteſimo viceſimo quinto Paulinus à Juſto archiepiſcopo ordinatur genti Northanumbrorum antiſtes. Anno ſexcenteſimo XXVI. Eanfleda, filia Eadwini regis, baptizata eſt cum duodecim in feſto Penthecoſtes. Anno ſexcenteſimo viceſimo ſeptimo Eadwinus rex baptizatus eſt cum ſua gente in Paſcha. Anno ſexcenteſimo XXXIII°. Eadwino rege perempto, Paulinus Cantiam rediit. Anno ſexcenteſimo quadrageſimo Eadbaldus, rex Cantuariorum, obiit. Anno ſexcenteſimo quadrageſimo ſecundo Oſwaldus rex occiſus eſt. Anno ſexcenteſimo XLIIII. Paulinus quondam Eboraci, ſed nunc Roſenſis antiſtes migravit ad dominum. XXVII.

Pag. 82, 83. vacant.

Epilogium de obitu Bedæ. Pag. 84.

Cuthwinus diſcipulus Bedæ.

Dilectiſſimo in Chriſto lectori Cuthuuino Cuthbertus condiſcipulus in deo æternam ſalutem. Munuſculum, quod miſiſti, multum libenter ſuſcepi, multumque gratanter literas tuæ devotæ eruditionis legi, in quibus, quod maxime deſiderabam, miſſas videlicet & orationes ſacroſanctas pro deo dilecto patre ac noſtro magiſtro Beda à vobis diligenter celebrari repperi. Unde delectat magis pro ejus charitate (quantum fruor ingenio) paucis ſermonibus dicere, quo ordine migravit è ſeculo, cum etiam hoc te deſideraſſe & poſcere intellexi. Gravatus quidem eſt infirmitate maxima creberrimi anhelitus, ſine dolore tamen, ante diem reſurrectionis dominicæ, id eſt, fere duabus hebdomadibus; & ſic poſtea lætus & gaudens, gratiaſque agens omnipotenti deo omni die & nocte, immo horis omnibus uſque ad diem aſcentionis dominicæ, id eſt, VII°. Cal. Junii, vitam ducebat, & nobis

nobis ſuis diſcipulis cotidie lectiones dabat, & quicquid reliquum erat diei in Pſalmorum cantu occupabat. Totam vero noctem in lætitia & gratiarum actione pervigil ducebat, niſi tantum modicus ſomnus impediret. Evigilans autem, ſtatim conſueta repetivit, &, expanſis manibus, deo gratias agere non deſivit. O vere beatus vir! Canebat ſententiam beati Pauli apoſtoli, "Horrendum eſt incidere in manus dei viventis;" & multa alia de ſancta ſcriptura, & in noſtra quoque lingua, ut erat doctus in noſtris carminibus, dixit. [a] For ẏam nedfere nemẏir ẏeli ẏances ſnotera ẏone hẏm ẏearf ſẏtoge hicgenne, ar his gaſte godes oẏẏe ẏuolys after cleaẏe heuon demed ẏeorẏe. Cantabat etiam Antiphonas, ob noſtram conſolationem, & ſui, quarum una eſt: "O rex glo-"riæ, domine virtutum, qui triumphator hodie ſuper omnes "cœlos aſcendiſti, ne derelinquas nos orphanos, ſed mitte "promiſſum patris in nos, ſpiritum veritatis. Alleluya." Et cum veniſſet ad illud verbum, "ne derelinquas nos," prorupit in lachrimas, & multum flevit, & poſt horam cœpit repetere quæ inchoaverat, & nos hæc audientes luximus cum illo. Altera vice legimus, altera ploravimus, immo ſemper cum fletu legimus. In tali lætitia quinquageſimales dies uſque ad diem præfatum deduximus. Et ille multum gaudebat, & deo gratias agebat, quia ſic meruiſſet infirmari. Referebat, & ſæpe dicebat, "Flagellat deus omnem filium quem recipit," & multa alia de ſancta ſcriptura, & ſententiam Sancti Ambroſii, "Non ſic vixi, ut me pudeat inter vos vivere; ſed
Pag. 85. "nec mori timeo, quia bonum deum habemus." In iſtis autem diebus duo opuſcula multum [b] memoriæ digna, (exceptis lectionibus, quas accepimus ab eo, & cantu Pſalmo-
☞ rum) facere ſtudebat. Evangelium [c] vero Sancti Joannis in noſtram linguam ad utilitatem eccleſiæ convertit; & [d] [de] libris notarum Iſidori epiſcopi excerpciones quaſdam, dicens, "Nolo ut pueri mei mendacium legant, & in hoc poſt obi-"tum meum ſine fructu laborent." Cum veniſſet autem tertia feria ante aſcenſcionem domini, cœpit vehementius

---

[a] Nam & tunc hoc Anglico carmine componens, multum compunctus aiebat: Forþam neoþfeþe nenig ẏẏnþeð þancef ẏnottna þonne tum þeaȝf ẏẏ to ge higgene æn hif heonen gange. hpet hif gaȝte goþef oððe ẏueleȝ, æftef þeaþe heonen þemeð puniðe: Quod ita Latine ſonat, Ante neceſſarium exitum prudentior quam opus fuerit nemo exiſtit, ad cogitandum; videlicet antequam hinc proficiſcatur anima, quid boni vel mali egerit, qualiter poſt exitum judicanda fuerit. Cantabat etiam Antiphonas, ſecundum noſtram conſuetudinem & ſui, *&c. in codd. quibus uſus eſt Sim. Duvelmenſis, quem videſis lib.* I. *c.* xv. [b] Memoria *al.* [c] Scilicet *pro* vero *habent Codd. alii.* [d] *Ex aliis Codd. addidi.*

ægrotare

ægrotare in anhelitu; & modicus tumor in pedibus apparuit. Totum autem illum diem docebat, & hilariter dictabat, & nonnunquam inter alia dixit: "Discite cum festinacione; "nescio quam diu subsistam, & si post modicum tollat me "factor meus." Nobis autem videbatur, quod suum exitum bene sciret, & sic noctem in gratiarum actione pervigil duxit. Et mane illucescente, id est, quarta feria, præcepit diligenter scribi quæ cœperamus. Et hoc facto usque ad tertiam horam, [a] à tertia hora ambulavimus" cum reliquiis Sanctorum, ut consuetudo illius poscebat diei. Et unus erat ex nobis cum illo, qui dixit illi: "Ad huc, dilectissime magister, capitulum "unum deest: & videtur tibi difficile esse plus te interro-"gare?" At ille inquit, "facile est. Accipe, inquit, unum "calamum, & tempera, & festinanter scribe." Et ille hoc fecit. Ad nonam autem horam dixit mihi: "Quædam autem "pretiosa in mea capsella habeo, id est, piperium, oraria, & "incensa. Sed curre velociter, & presbyteros nostri mona-"sterii adduc ad me, ut & ego munuscula, qualia deus donavit, "illis distribuam. Divites autem in hoc seculo aurum, ar-"gentum, & alia quæque pretiosa dare studeant; ego autem cum multa charitate & gaudio fratribus meis dabo [b] quod de-

derat. & hoc cum tremore feci. Et cum allocutus est unumquemque, monens & obsecrans pro eo missas & orationes diligenter facere. Et illi libenter spoponderunt. Lugebant autem & flebant omnes maxime, eo quod dixerat, "quia "amplius faciem ejus in hoc seculo non essent visuri." Gaudebant autem quia dixit, "Tempus est ut revertar ad eum, "qui me fecit, qui me creavit, qui me ex nihilo formavit. "Multum tempus vixi: bene mihi pius judex vitam meam "prævidit. Jam tempus resolutionis meæ instat, quia cupio "dissolvi, & esse cum Christo." Sic & alia multa locutus, in lætitia diem usque ad vesperum duxit. Et præfatus [c] puer dixit: "Adhuc una sententia, magister dilecte, non est de-"scripta." "At, inquit, scribe cito". Post modicum dixit puer: "Modo sententia descripta est." At ille inquit, "Bene: "veritatem dixisti, consummatum est. Accipe meum caput Pag. 86.
"in manus tuas, quia multum me delectat sedere ex adverso, "sancto meo loco in quo orare solebam, ut & ego sedens "patrem meum invocare possim." Et sic in pavimento suæ cellulæ, decantans "Gloria patri, & filio, & spiritui sancto," cum spiritum sanctum [d] invocavit, suum è corpore exhalavit

[a] Ambulavimus deinde *al.* [b] Quod deus dederat. Et allocutus est unumquemque &c. facere: quod illi libenter se facturos spoponderunt *&c. al.* [c] Puer, nomine Wilberch, dixit *al.* [d] Nominasset, spiritum è corpore *al.*

ultimum

ultimum, ac ſic regna migravit ad cœleſtia. Omnes autem qui audiere, vel videre beati patris obitum, nunquam ſe vidiſſe ullum alium in magna devotione ac tranquillitate vitam ſic finiſſe dicebant. Quia, ſicut audiſti, quouſque anima in corpore fuit, "Gloria patri," & alia quædam cecinit ſpiritualia. Et expanſis manibus deo vivo & vero gratias agere non ceſſabat. Scito autem, frater chariſſime, quod multa narrare poſſum de eo, ſed brevitatem ſermonis ineruditio linguæ facit.

Sunt & hæ connotationes Oxonii in Martonia bibliotheca.

Connotationes de Sanctis in Anglia requieſcentibus.

Hæ ſunt notationes de Sanctis, qui in Anglica patria requieſcunt. Sanctus Albanus Martyr juxta locum, qui vocatur Wetheling-ceſtre. ẏedingaceſter, requieſcit, quod eſt juxta amnem Verlume flu: ẏerlume nominatum. Sanctuſque Columguilla in loco, qui vocatur Dumcabeam, vel Duncathan, juxta amnem, qui vocatur Tau. Tau flu: Beatus vero Cuthbertus in loco, qui vocatur Ubbanford, Ubbanford. vel Dunholme, requieſcit, juxta amnem, qui Tẏẏode vocatur. Tueda flu: Caputque Sancti Oſwaldi, regis & martyris, ſimul cum corpore beati Cuthberti requieſcit, brachiumque ejus dextrum in loco qui dicitur Bebbanberig, corpuſque ejus reliquum in novo monaſterio apud Gleaẏeceſter. Sanctus vero Joannes Hul flu: epiſcopus in loco, qui vocatur Beverlic, prope amnem Hul. Sanctuſque Egbertus, & Sanctus Wilfridus epiſcopus, Sanctaque ẏhthburga in monaſterio, quod vocatur Ad Ripan, prope Warf flu: amnem nominatum Earp. Sanctuſque Ceadda, & Sanctus ☞ Ceadde, & Sanctus Ceatta, in monaſterio quod vocatur [Lichfeild.] Lecetfeld, prope amnem Tame nominatum. Sanctus Hygebaldus apud Lindeſige, in loco qui vocatur Certeſege, vel Tama flu: Oucel flu: Ceteſige, juxta amnem Oucel nominatum. Et Sanctus Edel- Pag. 87. dredus rex in monaſterio, quod vocatur Bardanai, juxta amnem ẏdma nominatum. Sanctaque Eadburh in monaſterio, quod dicitur Ad Sudẏellam, prope amnem, qui vocatur Treanta flu: Treante. Beatus vero Guthlacus in monaſterio, quod conſtructum eſt in mediis paludibus, in loco qui vocatur Cruiland, requieſcit. Sanctus Ealmundus in monaſterio, quod vocatur Norẏẏerdig, juxta amnem de Orpetau. Sanctuſque Botulphus in monaſterio quod dicitur Mediſhamſtede prope Neena flu. amnem, qui dicitur Nen. Beata vero Milburga in monaſte- vel rectius Avona. rio, quod dicitur ẏvıltan, requieſcit, prope amnem, qui Safern nominatur. Adelbertus quoque in epiſcopatu, qui di- Sabrina flu: citur Hereford, prope amnem ẏege. Sanctuſque Ceat in mo- Vaga flu: naſterio, quod vocatur Undola, prope amnem Nen. Sanctuſque ẏihſtanus in monaſterio, quod Coyenduna nuncupatur, prope amnem Treante. Sanctaque Diania in loco, qui dicitur Ceorlinburh, prope amnem Yearniſc. Sanctaque

Eadgyy

Eadgyy in loco, qui vocatur Yollesyyri, prope amnem Oucer. Sanctusque Rumyoldus in loco, qui vocatur Bukingeham, prope amnem Usan. Et Adelredus in loco, qui dicitur At Leomenster, prope amnem Lucge. Sanctusque Edelbertus in monasterio, quod vocatur Bedanford, prope amnem Usan. Beatus vero Eadmundus in loco, qui dicitur At Beadricesyu- Usa flu: Lugia, vel Logus flu:

Ositha

rye, apud Orientales Anglos. Sanctaque Osyda in loco, qui dicitur Cicc, prope mare, & in monasterio S. Petri. Sanctaque Adelburga in monasterio, quod dicitur Berchinge, prope Tamese. Sanctusque episcopus Erkeyaldus in civitate Lundonia. Sanctusque Neot presbyter in loco, qui dicitur Eanuluesberig, requiescit. Beatus confessor Ivo, Sanctique fratres Edelredus atque Adelbertus in monasterio, quod Ramesige dicitur, requiescunt. Sanctusque Florentius martyr, Sanctaque cives Yyda & Cineburga, aliique plures in monasterio, quod dicitur Burch. Sanctusque Botulfus, & Sanctus Adulfus, Sanctusque Huna, & Sanctus Pancredus, & Sanctus Torthredus, & Sanctus Herefridus, Sanctusque Cissa, & beatus Benedictus, Sanctaque Toua in loco, qui vocatur Thornege. Beatissimus vero apostolus Anglorum Augustinus, aliique quam plures sui successores, in monasterio apostolorum Petri & Pauli, foris civitatem Doroberniam, quæ Cantuarebiria nuncupatur, requiescunt. Sanctus Dunstanus, & alii plures cum eo in eadem civitate, & in monasterio S. Salvatoris. Sanctus- Cic, Fanum S. Ositha. Monasterium Sancti Petri.

o i

que Paulinus in loco, qui dicitur Reuecester. Beatus vero Berinus Sanctusque Hedda, & Sanctus Swithunus, Sanctusque Justus martyr, & alii plures cum eis in monasterio, quod dicitur Ealdemenster, apud civitatem Wintoniam requiescunt. Sanctusque Judocus & Grimbaldus in monasterio Neumenstre, Sanctaque Eadburch in monasterio, quod dicitur Neumenster, in eadem civitate. Sanctus Oswaldus archiepiscopus requiescit in loco, qui dicitur Yirecester, & alii plures cum eo. Sanctus Egwinus in loco, qui dicitur Evesham prope Afen. Sanctusque Kenelmus martyr in loco, qui dicitur Yinchelescumbe. Sanctusque Aldelmus & Joannes Sapiens in loco, qui dicitur Malmesbiri. Sanctusque Yyig & Sancta Eadgyda in loco, qui dicitur Wiltune. Sanctusque Eadwardus rex & Sancta Aelfgina in loco, qui dicitur Sceastesbiri. Beatus igitur Aidanus, Sanctusque Patritius, & alii plures cum illis requiescunt in loco, qui dicitur Glastingberi. Sanctus Cogarus in loco, qui dicitur Cungresbiri. Sanctaque Cydetulla virgo foras Exancester. Sanctusque Romanus episcopus in loco, qui dicitur Aeyestyealum, prope brachium maris, quod vocatur Hegesmunda. Sanctaque Cuthburh in loco, qui dicitur Kniburne- Pag. 88. Avona flu:

Kniburnemunſter. Sanctaque Frediſwida in loco, qui dicitur Oxonia. Sanctus Cudmannus in loco, qui dicitur Ad yn Suthſax Staninge, requieſcit, prope amnem Brembre nominatum. Sanctuſque abba Becca, & Eodor presbyter in loco, qui dicitur Ciciteſigis, cum quibus ſunt monachi nonaginta occiſi à paganis. Sanctuſque Brampalator epiſcopus in loco, qui dicitur Mildeltune. Sanctuſque Meloris in loco, qui dicitur Ambreberige. Sanctaque Merwenna abbatiſſa in loco, qui dicitur Rumeſige, prope amnem Terſtau.

Brembre flu: Brembre-brige * circiter ſex" paſſ: millibus ab Arundel.

Terſtau, alias Teſta, flu.

Pag. 89. *Ex Radulpho de Diceto de origine Scotorum & Hibernienſium.*

Hybernia poſt Britanniam omnium inſularum eſt optima, quæ quamvis Britanniæ divitiis cedat, latitudine, ſalubritate, ſerenitate præſtat. Quæ ſicut verſus aquilonem brevior eſt, ita verſus meridiem trans illius fines protenditur. Hæc autem proprie patria Scotorum eſt. Nam, ſicut legitur, Aegyptiis in mari rubro ſubmerſis, illi, qui ſuperfuerunt, expulerunt à ſe quendam nobilem Scythicum, qui degebat apud eos, ne dominium ſuper eos invaderet. Expulſus ille cum familia ſua, pervenerunt ad aras Philiſtinorum, & per lacum Salinarum, [a] & per montana Syriæ, tranſierunt per Mauritaniam, & ad columnas Herculis navigaverunt [b] Tyrrhenum mare, & pervenerunt ad Hiſpaniam, & ibi per annos habitaverunt multos, & progenies illorum multiplicata eſt nimis. Inde venerunt Hiberniam poſt annos mille duobus additis à tranſitu filiorum Iſrahel per mare rubrum, & inde pars eorum egreſſa, tertiam in Britannia Britannis & Pictis gentem addiderunt. Pars eorum quæ remanſit in Hibernia Navarri vocantur, & adhuc eadem utuntur lingua.

Hiberus, Hibernia, Hibernienſis.

Scithia, Schyta, Schyticus, Scoticus, Scotus, Scotia.

Ex libro de mirabilibus Britanniæ.

Cherdrehole, i. e. carcer Eoli.

Pag. 90. *Ex Chronicis Radulphi de Duceto decani S. Pauli Londinenſis.*

Proſper Aquitanicus, Leonis papæ primi notarius, Chronica ſua digeſſit ab initio mundi uſque ad annum domini CCCCLIX.

Idacius, Lenicæ civitatis Hiſpaniarum epiſcopus, Chronica ſua perduxit à primo Theodoſii magni conſulatu inchoata uſque ad annum domini CCCCXC.

Victor, Tumnicenſis urbis epiſcopus in Aphrica, hiſtoriam

---

* *Voces iſtas poſtea delevit ipſe Lelandus.* *a* Et montem Syriæ tranſierunt per Mauritaniam *al.* *b* Per Tyrrh. *al.*

ab

ab initio mundi ſcribit uſque ad annum domini DLXVII.

Gildas Britonum geſta flebili ſermone deſcripſit anno domini DLXXXI. [a] alias M.LXXXIIII. ſub Mauricio imperatore."

Iſidorus Hiſpalenſis epiſcopus Chronica ſua digeſſit ab initio mundi uſque ad annum domini DCIX.

Hammonius Floriacenſis Chronica ſua ſcribit à tempore Nini regis uſque ad annum DCCCXLIII.

Magiſter Hugo de S. Victore Chronica ſua digeſſit ab initio mundi uſque ad annum domini M.CXXIII.

Robertus, abbas S. Michaëlis de Monte in Normannia, Chronica ſua digeſſit uſque ad annum domini M.CXLVII.

i. e. Batonia.

Edgarus coronatus fuit in civitate Achemanceſter.

Scribit paſſim Radulphus reges coronam accepiſſe in Kingeſtune.

Dani omnes juſſu regis Egelredi occiſi in die S. Bricii.

Gyldeford.

Gulielmus

His actis, rex Northumbriam profectus, civitatem Carleuile reſtauravit, quæ à Danis paganis ante ducentos annos diruta uſque ad id tempus manſit deſerta.

S. Albanus paſſus eſt ſub Diocleſiano, quo tempore omnes ſacri libri per Britanniam combuſti ſunt.

Clamorgacenſis eccleſia in Gualia eſt.

Donatus presbyter ſcripſit Memoriale hiſtoriarum.

Gualterus de Conſtantiis, Oxenefordenſis archidiaconus, electus in epiſcopum Lincolnienſem, conſecratus eſt Andegavis.

Hybernienſes ab Hibero flu: in Hiſpania ſic dicti.

Nicolaus, natione Anglicus, ex patre presbytero ſummus pontifex fuit, vocatus Adrianus quartus.

Portus Hammonis.

Joannes, Theſaurarius Eboracenſis, conſecratus à domino Papa Pictavenſis epiſcopus.

Thomæ Cantuar: epiſtola ad regem.] *Deſiderio deſideravi videre faciem veſtram.* Pag. 91.

Thomæ epiſtola ad epiſcopum Lond.

Thomæ epiſtola ad ſuffraganeos ſuos.

Thomæ epiſtola ad decanum Lond.

Thomæ epiſtola ad Alexandrum papam.

Maria, ſoror Sancti Thomæ, facta abbas Berchingenſis.

Caſtellum de Richemunt in Armorica. Richemont.

Anno domini M.CLXXVI°. pons Londinenſis inceptus à quodam capellano Petro de Colchirche.

Dum primo Mediolani mœnia ponerentur quid appa-

[a] *Hæc etiam ſunt à manu Lelandi, ex alio nimirum exemplari. Verum pro* M.LXXXIIII. *reponendum, ut arbitror,* D.LXXXIIII.

ruerit, rurſus vide. Nonne ſus laniger? Unde dicitur Mediolanum quaſi ex media parte laneum. In margine autem libri hi duo verſus Sidonii inſcripti erant:

¶ Portus Romanus.

Rura paludicolæ tempnis populoſa Ravennæ,
Et quæ lanigero de ſue nomen habet.

Genealogia Scotorum à Gulielmo rege captivo uſq; ad Noe.

Herebertus Anglus, natus in Mideſexia, tranſitum faciens in Siciliam, aſſenſu regis Gulielmi creatus eſt in Calabria Conſenſanus epiſcopus, qui poſtea terræ motu abſorptus eſt.

Merewelle prope Wintoniam.

Epitaphium Henrici 2i.

Sufficit hic tumulus, cui non ſuffecerat orbis,
Res brevis eſt ampla, cui fuit ampla brevis.

Item aliud.

Rex Henricus eram, mihi plurima regna ſubegi,
Multiplicique modo duxque comeſque fui.
Cui ſatis ad votum non eſſent omnia terræ
Climata, terra modo ſufficit octo pedum.
Qui legis hæc, penſa vitæ diſcrimina, & in me
Humanæ ſpeculum conditionis habe.
Quod potes inſtanter operare bonum, quia mundus
Tranſit, & incautos mors inopina rapit.

Carmen Galfridi.

Gallia fugiſti bis, & hoc ſub rege Philippo;
Nec ſunt ſub modio facta pudenda duo.
Vernolium ſumit teſtem fuga prima, ſecunda
Vindocinum, noctem prima, ſecunda diem.
Nocte fugam primam rapuiſti, mane ſecundam.
Prima metus vitio, vique ſecunda fuit.

Pag. 92. Abbreviatio de geſtis Nortmannorum, ſex libellulis ſcripta.

Nomina epiſcoporum qui floruerunt in Anglia poſt adventum S. Auguſtini.

Eſtanglorum epiſcopi, ſcilicet Norwicenſis.

Poſtea Eaſtanglia in duas parochias dividitur.

Epiſcopi Helmanenſes, Donwicenſes epiſcopi.

Ridia, villa Devoniæ, duodecim millibus paſſuum ab Exonia, ubi novem epiſcopi ſedem habuerunt.

Epiſcopus Malmesbiriæ.

Ex libro Radulphi de origine Britannorum.

Severus à Pictis occiſus.

Maximus, patre Britannus, filius Johelini, avunculi Helenæ, matre vero & natione Romanus.

Garnareia inſula.

Ex

Ex libro de regibus Anglorum.

Monachi apud S. Paulum Londoniæ, tempore Sebbii regis Eſtſexiæ.

Haroldus, filius Cnutonis, reg. annis III. conſecratus ab Etheluoldo, Dorober: archiepiſcopo, apud Lond: Qui moriens ſepultus eſt apud Weſtminſter, & poſt ejectus de ſepulchro ſepultus eſt apud S. Clementem.

Eccleſia de Aſſendune in Eſſexia a rege Canuto fundata eſt.

Prophetia Merlini Sylveſtris.

Pag. 93, 94, 95. vacant.

Pag. 96. [[a] *In nomine Jeſu. The contents of Mon, alias Anglicey.*]

th puĩ puteus. [Rent llan [1] vair y pull gwinggill cum annex:] 1 Mair per ſe Maria, ſed alias Vair pro Mair ſonant. periculoſus vortex prope Porth, a fery. porthaethwi in Meney. [Porthaethwy, menai, pull keris.] it is a this ſide Portatho, and [Porth cadnant, avon cadther was an old fery. nant,] a freſch broke.

by the Meney. [llan dyſiho] is an iſlet conteining an acre or ii. at the ebbe ſicco pede aditur. proprium nomen, at ful ſe. [aber pwllfannog, avon fannog,] broke.

by Meny. [β Rent llan Edan cum annex:] Aidanus

a myle or ii. fro Meney. [llan ddeniel vab.] Erat, ut ferunt, diſcipulus Kibii, vel, ut quidam volunt, Bennoi. Daniel pro mab parvus.

by Meney. [∝ llan Edwen.] proprium nomen.

finis thon a wave. [porth bouery don.]

not far fro Meney. [llan vair yn y comot,] i. e. quarta pars Cantaredi, i. e. centuriæ. [porth amyl,] lytle rylle.

a myle fro Meney. ¶ [Rent llan Kainwen cum annex: [1]] Caina pulchra.

more then a myl fro Meney. [llan Caffo] diſcipulus Kibii. [1 A Præbend of Clunnoc vaur. m [porth tal y voyl,] a fery of Meney to lond at Cairarvon.

---

a Hæc omnia, quæ uncis includimus, uſque ad pag. 107. peſſime ſunt ſcripta, non quidem ab ipſo Lelando, ſed ab alio quopiam, eoque, ni fallor, Cambro-Britanno. Reliqua vero, uncis non diſtincta, ſunt ipſius Lelandi.

[Ren

a ii. myle fro Abremeney.

Petrus
[Rent llan pedyr y Roſur, alias nuburch.] [Aber menai,] fro hens ys the mayn ſee.

adjacet ripæ.

S. Dunwen
[Rent llanddwyn libera capella.] [Aber y pwll,] yt is by [Aber Avon,] a broke. [Traeth malltraeth, porth bodêon.

almoſt by the occean ſhoore.

[δ Rent aberfraw cum annex: capell: mair o dindryvol. 1] Maria [Aber fraw, Avon fraw,] a broke. 1 ii. myles fro the ſhore by North.

abowte a ii. myles fro the occean.

[γ Rent llan kydwalader, cum annex: yt ſtandeth by twene llan Cadwal, and the eſtuary of Mal traheth.
β llan veirian] Mirianus. facello. [llyn coran] the greateſt lake yn the ylle, and Fraus cummyth owt of this poole.

yt ſtandeth by the inner part of mal traeth.

oppidulum ſuper Sabulum Bennoo ſacrum.
[α Rent Cref draeth, cum annex: proprium nomen
llan kwyven,] juſt by the occean. [porth gwyven.] G. Keveny. [Avon kwyven,] a broke. i. e. anguilla [porth y llyſwen, Avon y llyſwen,] a rylle.

A myle fro the ynner part of mal traeth.

Chriſtiolus Hoëli, ut ferunt, Armoricani filius.
[Rent llan griſtiolys, cum annex: A good way with in the iſle
¶ llan kainwen] vehan. town. white [Towyn Trewen, avon trewen.]

A iii. fro the Shore almoſt by northeweſt.

vetus eccleſia.
[Rent heneglwns, cum annex: mare. ferrum.
llan morhayarn.] lacus Bodwrog. the name of a [llyn bodwine. Corſe vodmoore by Bodwine. wrog.]

alias Pulan, proprium nomen.
[Rent llan beulan cum annex: proprium nomen.
llan ihyllched. llan vair yn echth S. Maylog, llanechymedd. llan vaylog. the ende of the poole. latine Sacel-
tale y llyn,] capella. [bettws y lum crucis, an otve place.
grog, ygheirckrog,] alias dicitur. [porth traeth krugyll. llyn pybai] is the next poole yn bygnes to llyn Coran.

[Ren:

proprium nomen. une
[Rent llan wenvaun cum annex:
Michael
llan vihegel yn ytraethe.
th
llan vair yn [1] daubwle.]

[Traeth kleiviog. Avon kleviog.
[pont trytbwnt.] this is the brigge that givith paſſage yn to the iſle of the holy hedde.
[1] quaſi" ac ſi diceres, inter duos puteos.

[Rent kaerkybi, cum annex:
o torre.
13 bodwrog. Capel y turr.
Trigarn.
llan drygarn.
[2] bodedern.
Brigida.
llan ſant fraid.
guin keney, catulus.
llan wyn gene.]

[2] Oene Theodore was borne in the precinct of this place.

paſſage.
[porth llan ſant fraid.
porth y turr, avon y turr.] a ryl cummyng owt of a moore, and the torre by the holy hed. this freſch broke cummeth yn to the haven of the holy hedde.
mons
[Corſe y turr, mynydd y turr.
faux
porth kaer gybi, ſavon y caſtri.
gaer.]

S. Macharius.
[Rent llan vachraith, cum annex:
proprium nomen.
llan yghenell.
Bigail, vigil, communiter paſtor.
llan vigail.]

blewpoole.
[Aber glaſlyn. Pag. 97.
Alaunius.
Aber alaw. avon alaw.
[3] gorſſy y bol,] a moore. this is the next river of the iſle to Geuinus yn bignes.
[3] cummyth owt of this moore.

magna turba militum.
[Rent llan vaithlu, cum annex:
m ω
llan vorog. Og,] an harow.

white.
[porthwen. avon porthwen.]
Porth Veline, a prety brooke.

tawny
[Rent llan Ruthlad, cum annex:
ſpedeful th facellum.
llan Royddd Rys, bettws
a ſwete ſervant.
perwas. g
llan flewyn, llan ddogwel.]

a propre name of a giant.
[porth ſwttan, avon ſuttan,] a litle rille.
[concava vallis.
a poole [forte cavnant.]
[llyn bod Ronyn, porth caffnant,] Caffè, ſcapha. nant, vallis, ubi rivulus labitur.

a *Abeſſe malim.*

[Rent

i. e. duorum, S Marcelli & Marcelliani.
[Rent llan yddauſant. llan vair y kaernoy.
proprium nomen.
llan babo.]

inſulæ
[ynys yrhavodlyn, porthavodlyn.]
the dayri poole. this iſle is as a rokket harde by the ſhore.

a brooke. cathedra gigantis Noe.
[Avon-havodlyn, y gadair y kaernoy, porthy gadair.]

[Rent llan Machutus vechell.]

rupes
[y garn y kaer noy,
oppidum Moſes
Tref voyſen, moel gaernoy.]
* Karyk Cyne, the daunger of the rokkes yn the ſe ſtrait againſt Cair Noe.

[* Rupes navifraga Kraig-Sydon.]

[Rent llan Patricius. padrig eccleſia appropriata monaſterio de Coney.]

1 a litle rokky iſle.

maxima inſula Monæ adjacens.
[ynys y moel Romaid] this iſle is not paſt ii. myles fro Cair Noe.
main Gigail, 1 the ſtone of the ſhepard.

croked pole
[porth kamlyn, kamlyn, avon kamlyn.]

ſumtyme a wild brooke.
[porth ogor. Avon ogor.]

inſulula Patritii prope ogor.
[ynys padric.]

[ynys lly gode.] a mowſe. lly goden.]

frequens hogge.
[Rent amylhoych.
proprium nomen loci.
llan vair yn lan eiddog.
novem Sanctorum.
bettws y nawſaint.]
LLan LLiane, monachorum plur.

manv ſwine.
[porth amylhwch, avon amylhauch.

thre ſaynctes.
Rent llan y triſaint, cum annex: llachenvarwy.

a moore.
[Corſe y-bal.] a bely. the name of a moore.

[Bodewryd, eccleſia appropriata monaſterio de Penmon.]
bettws machwdo.
llan llibio.
bettws Rody geidio.]

Ælianus, falſo Hilarius.
[Rent llan Elian cum annex:
Roſiaheth.
bettws Roſheirio.
wodde, proprium nomen.
bettws y coydane.]

nomen S.
[porth Elian, alias Saint Hylarys bay.
Avon Elian.]

[Rent

S. Theridacus.
[Rent llan dyvrydog cum annex: Michael in villa vatum.
th
llan vihengel y trebardd.]

[porth dulas, aber dulas, traeth dulas.
Dugleſſus, a brooke. a moore.
Avon dulas, corſe y nant.]

[Rent llan allgo cum annex:
llan Eigrad.
llan vihengel y tinſiloy ap-
alias [ymhenrhos]
propriat: Preſtolme.]

i.e. niger, cæruleus. the name of a rille.
[ynys lligwy, porth lligwy, avolligwy.
Moilure [moylydre, tumulus villæ.]
porth voelure, avon voelure.]

th
[Rent llan ddyffnan, cum annex:
magiſtri
llan vayſter, llan vair y pentraeth, cum alia llan vair ymothafru.]

redde llong. a ſhippe.
[ytrath coch, porthllongdu, avon nomine incognito.]

n
[Rent llan vihengel y yskewrog, cum annex:
Finnanus
llan Finian.]

a moore nomen proprium. water. great.
[corſe tygai, avon vawr, alias avon kefni.]
Gevinus flu: maximus totius inſulæ, and riſith of iii. lytle ſtremes, and at LLan geveney yt runneth yn one botom; and ſo thorow corſe Tygay, and ſo thorow a marſch a ii. myliis, and then yn to the ſe, at a place cawled male traith.

forte Donatus.
13 [Rent llan ddona cum annex:
llan ſaint y Katerin appropriat: Preſtolme.]

[Priorat: de Preſtolme, alias de Penmot. Ynys Seiriol, porth Seiriol.] Pag. 98.

[Rent llan gwrda cum annex: [1]
llan ieſtyn.]

[1] [alias inſula eccleſiaſtica.]

Man locus. bellus locus [2]
[Rent llan teg van cum annex:
Miganus heremita.
capell: myugan.
capell: mair or duwmares.]

vetus.
[Traeth ar llevain.]
[2] This is a 2. miles from Beumariſk, and is the paroch chirche. For in Bewmariſch is but a chapel of our lady.
[The feri at Bumares.
hed could the mowth of the byche.
Penryn ſavyn aſt.]
Here metyth the ſe of Penmone and Meney, and thes waters the wynd beyng hy rageth to gether.

S. Saturnus, aut Saturninus.

[Rent llan Saturn.

Rent llan gradivel.]

I have here but 30. hedde paroche chirchis. Mr. Griffith rekenith 31. and to reken the chapelles with them he countith a 100. chirchis.

The hundredes of Mone.

[Menai. Malltrayth. LLivone. Talbollion. Torkelyn. Tindaythoy.]

There be very good mylle ſtones of white, redde, blew an grene girthes, eſpecially yn Tyndaythoy commote.

There is good commodite for fiſching about al terre Mone, but there lakkith cunning and diligence.

Pag. 99, 100. vacant.

Pag. 101. [Singhenith, id eſt, dimidia pars cantaredæ.

Ergen, Anglice Urchinfeld.

Kreyke yn yre, id eſt, niveus collis, ex yra, id eſt, nix.

Ban, id eſt, locus aſſignatus [a], unde & montes excelſiores dicuntur banne.

Bancor, id eſt, chorus de fama excellens.

Mor haveren, id eſt, mare Sabrinum.

Tapha fluvius habet duo brachia, quorum alter major, alter minor Tapha appellatur, & currunt in unum in principio de Singhenith adjacentis regioni Brechenioc.

Habertawe vulgo nuncupatur Swinſeia.

Barth idem eſt quod bardus, vel poëta.

Ele fluvius . . . . . currens in mare apud Penharth.

Ddaw currens per pont vayn, habens originem ſpatio illius paſſuum duorum milium in loco vocato pant llywyth, id eſt, vallis [b] collorata, & tranſit in mare Sabrinum illinc ad tria millia paſſuum in loco vocato Haberddaw.

Ewenny fluvius.

Ogmor fluvius.

Moithike, id eſt, Salopia.

Monmowth Cambirce Moynweſs,] i. e. Monovaga.

[Kayr uyske, alias Brynbyga.

Merthyne wylht, id eſt, merlinus ſilveſtris vulgariter nuncupatus.

Ewenny cellula ſub monaſterio Gloceſtriæ.

Lancarovan, id eſt, locus aſſignatus à cervis, diſtans ſpatio trium milliarium à Pont vayn.

Habertawe, id eſt, ſuonſey.

Haber doye glevyth, id eſt, os duorum gladiorum.

---

a A montibus *forte adjiciend.* b *Sic.*

Brevie,

Brevie, id eſt, mugire. unde & landdewe breve dicitur, & illic ſanctus David contra hæreticos mugiebat.

Apud pont yr heske, qui eſt pons ſuper Tapham, diſtans a llan Taphe ſeptem paſſibus milium, eſt alta rupis, ubi ſalmones ſaltu admirabili adverſo flumine rupem conſcendunt. Pag. 102.

Peder, id eſt, Petrus. Patarne, id eſt, Patarnus.

Apud LLantoyt in orientali parte cimiterii fani Sancti Iltuti ferunt corpus Hoëli Da, id eſt, Hoëli boni, eſſe ſepultum.

LLanllecnye, alias Lymſter, id eſt, locus leonis.

Caſtrum de llan blethian diſtans à pontvayn quingentis paſſibus, ubi eſt porta quæ habet ſeptem cataractas.

Caſtrum de Penllyyn diſtans à pontvayn mille paſſibus.

Colhiw quidam porticulus maris prope LLan Iltute, ubi tranſitur mare Sabrinum directe ad Duſter & Minhed in Somerſetſher.

Rivus de Remne originem habens in loco vocato Blayn Remne, id eſt, caput Remne, Anglice the Poynt of Remne, & currit in mare Sabrinum tribus millibus paſſuum à Kayrdyff. Pag. 103.

Rivus de Taffe Veghan, id eſt, Tapha parva, habens originem in monte quodam in Brecnoc, & deſcendit in Taffe Vawre, id eſt, Tapha magna, habente originem in monte de Brecnoc vocato, ut credo, the Banne Bęghhymoc,& locus ubi cadit in Tapha magna vocatur Haber du Taffe, id eſt, caſus utriuſque Taphæ, *a* alterius in alteram ; qui locus eſt in partibus de Singhenith ſub monte vocato the Garth, à parte occidentali ejuſdem. In quo monte eſt caſtrum vetus, quod olim fuit celebre, quod vocatur caſteli Morleys, id eſt, caſtrum ſonitus maris, quod ab orientali parte ejuſdem caſtri currit quidam rivulus, vocatus more leys, id eſt, ſonitus maris, propter *b* ſtrepitum illum, quem facit in deſcenſu ſuo per rupes, & currit in Tapha ſub dicto monte de Garth in auſtrali parte ejuſdem.

Item eſt in dicto Singhenyth quoddam caſtrum, vulgariter nuncupatum Kair fillye, id eſt, caſtrum fillie, quod eſt caſtrum munitiſſimum, tum ex arte tum ex ſitu loci propter paludes

a Altera *MS.* *b* Strepidum illud quod *MS.*

illi caſtro adhærentes, & [⁎ diſtat] à Tapha duobus millibus & quingentis paſſibus, & ſtat ab orientali parte fluminis, & diſtat à Kairdyff quatuor millibus paſſuum, & ſtat à Kayrdiff verſus ſeptentrionem. Eſt & aliud caſtrum in eadem plaga diſtans à Kairdyff duobus millibus paſſuum, quod vocatur Caſtell cogh, id eſt, caſtrum rubrum, quod ſtat in rupe rubea, diſtans à Tapha quingentis paſſibus. Item aliud caſtrum vocatum caſtrum de Llandaffe prope Tapham diſtans à Kayrdiff mille paſſibus. Deinde eſt caſtrum de Kayrdiff, quod eſt primum & principale totius Glamorgantiæ.

Pag. 104. Item eſt & alius rivus, vulgariter nuncupatus Leye, habens originem in loco vulgariter nuncupato Kreyky Denas, id eſt, in monte de Denas, qui ſtat prope locum vulgariter nuncupatum Pen Riſe, id eſt, caput Reſi, ab auſtrali parte ejuſdem. Iſte rivus currit in mare Sabrinum in loco vocato Penarth, id eſt, caput urſi, & tranſit per valles pulcherrimas, penes quem ſunt plura caſtra olim pulcra & ampla. Primum eſt caſtrum de LLantriſſent, quod ſtat in orientali parte illius in monte vocato Kreyk Lantriſſent, diſtans à dicto rivo ducentis paſſibus. Item inferius eſt caſtrum vocatum caſtell llan Peder, id eſt, caſtrum loci Petri, & ſtat in occidentali parte illius rivi, diſtans jact: lapidis ab eo rivo, & à Kairdiff quatuor millibus verſus occidentalem plagam plus quam ſeptentrionem. Eſt & aliud caſtrum, vocatum vulgariter caſtrum Sancti Georgii, & eſt prope dictum rivum ad jactum lapilli, & ſtat à parte occidentali ejuſdem, & à Kairdiff IIIbus. millibus paſſuum. Eſt & aliud, quod vulgariter nuncupatur caſtrum Sancti Fagani, prope dictum rivum, & ſtat à parte orientali ejuſdem, & diſtat à Kair duobus millibus paſſuum.

Item ſunt alia nonnulla caſtra in illa regione, puta caſtrum de Dinas Powes, quod ab auſtrali parte vertente in occidentem ſtat à Kairdiff, diſtans ab ead: quatuor millibus paſſuum. Eſt & aliud caſtrum de Wenvo magis tendens in occidentalem plagam, diſtans à Kairdiff quinque millibus paſſuum. Eſt & aliud, quod vocatur caſtrum de Funmoyn, magis vertens in auſtralem plagam, diſtans à Kayrdiff VI. millibus paſſuum, & à mari Sabrino duobus millibus paſſuum.

Item eſt alius rivus, qui vulgariter nuncupatur Thawan, id eſt, Thaus, habens originem in loco vocato pant LLewyth,

⁎ *Addidi.*

diſtans

diſtans à pont vayn verſus ſeptentrionalem plagam duobus millibus & quingentis paſſibus, & currit per pont vayn in mare Sabrinum in loco vulgariter nuncupato Habor Thawan, id eſt, caſus Thawi in aliud, & habet aliqua caſtra prope ſe ſita. Eſt caſtrum de Talevan in orientali parte ejuſdem, diſtans ab eodem mille quingentis paſſibus, & à pontvayn duobus millibus paſſuum. Item eſt aliud caſtrum quod vocatur caſtrum de Penlleyn, id eſt, caput lini, & ſtat in occidentali plaga ejuſdem, & diſtat ab eodem ducentis paſſibus, & Pontvayn mille paſſibus, & ſtat ab occidentali plaga ejuſdem. Item eſt oppidum, mœnibus & foſſis circumdatum, cujus orientalis porta ſtat ad ripas rivi in occidentali plaga ejuſdem Tini, & currit rivus per mœnia dicti Pontvayn, relinquendo oppidum ab occidentali & ſeptentrionali plaga. Item eſt & aliud caſtrum, diſtans à Pontvayn ducentis paſſibus, quod vulgariter nuncupatur caſtell llanlythan, id eſt, caſtrum Lithani, & ſtat ab orientali plaga ejuſdem rivi, diſtans ab illo jactu lapidis, & in illo caſtro eſt turris, ſive porta, in qua ſunt loca pro ſeptem cathar . . . . . , & eſt munitiſſima ſtructura.

Pag. 105.



Item eſt aliud caſtrum, quod vulgariter nuncupatur caſtrum Sancti . . . . & ſtat in rupe prope Sabrinum mare, diſtans à Pontvayn quatuor millibus paſſuum [a] verſus auſtralem plagam tendentem ad occidentem.

Eſt etiam in illa regione quidam locus, vocatus vulgariter locus Sᾶi. Iltuti, cujus precibus, ut fertur, obtinuit à domino, ut nullum animal venenoſum infra præcinctum illius parochiæ eſſet, nec [b] ut " animal huc uſque viſum eſt aliquod vivum, mortuum tamen dicitur, illic. Illic eſt phanum Sancti Iltuti, quod eſt celeberrimum, ac in cimiterio in orientali plaga illius fani jacet corpus Hoëli boni olim principis Walliæ, & diſtat à pont vayn IIIbus. millibus paſſuum, & à mare Sabrino mille paſſibus, & tanto ſpatio diſtat pont vayn ab Haberthaw, ubi rivus de Thawan cadit in mare Sabrinum, ac ibi eſt portus pro lembis ac carinis parvis.

Item eſt alius rivus qui vulgariter nuncupatur Wenny, habens originem in loco vocato [1] & c . . . . . & currit . . . . . .

Item prope rivum de Wenny eſt cellula, ſive monaſterium, monacho-

[a] Veſtrum *MS.* [b] *Delend. forſan.*

[1] vulgariter nuncupato Gelle ule oke currens in Oggor vawre incipiente in loco vocato Bolgh y clauth.

monachorum ordinis Sci. Benedicti, quod ſtat ab orientali parte rivi, & diſtat à pont vayn tribus millibus paſſuum. Eſt etiam quoddam caſtrum, quod vocatur caſtrum de Coite, ſtans ab occidentali plaga illius rivi, & diſtat ab eodem duobus millibus paſſuum, & à pont vayn quinque millibus paſſuum. Eſt & alius rivus, vulgariter nuncupatus Oggure Veghan, habens originem in loco vocato Aylth y rett, & currens in mare Sabrinum apud Haber Oggur, ubi eſt quoddam caſtrum vocatum caſtrum de Haber Oggur, & diſtat à pont vayn quinque millibus paſſuum, & ſtat in auſtrali parte illius rivi.

Item eſt aliud caſtrum vocatum caſtrum de llan gonoyt, id eſt, loci gonoti, & diſtat à pont vayn x. millibus paſſuum verſus occidentalem plagam, partim tendens in ſeptentrionem, & diſtat à monaſterio de Morgan duobus millibus paſſuum verſus ſeptentrionalem plagam. Item eſt alius rivus qui vocatur Havan. Item alius, qui vocatur] Kenfik.

Pag. 107. *Gower land.*

The olde caſtel of Swineſeye was buildid, or [a] epairid, by the Normans, and deſtroied by LLuelen prince of Wales that maryed King John's dowghter. And it ſtoode by the biſhop of S. David's caſtel that now is there.

A iii. miles from Swineſey, communely cawllid in Engliſch Suawnſey, at the rode mowth of Tawe was a caſtel cawllid Eſtwilthlunarde, other wiſe Oſtermuth, and of ſum Mummels. there remaine ruines of a caſtel deſtroied by prince LLuelin.

Swanſey is a market town and chief place of Gower lande.

Moubray was lorde of Swanſey, and buildid the old caſtel, and be likelihod Oſtermuth alſo for defence of the haven.

Almoſt in the middes of Gowerland a v. miles from Suanſey is the caſtel of Guible that longid to the Delamers.

Penriſe caſtel ſtandith a iii. miles from Swanſey in the foreſt of Penriſe

Lochor caſtel ſtandith on the hither ſide of Lochor river in the lordſhip of Gower.

Pag. 108. vacat.

Pag. 109. *Ex vita Richarii.*

Richarius in Britannia.

Sylva Chryſciacenſis.

Ex vita Simonis & Judæ apoſtolorum.

Cranton, apoſtolorum diſcipulus, decem libris comprehendit acta Simonis & Judæ, quæ Aphricanus hiſtoricus in Latinam tranſtulit linguam.

[a] *Sic.*

Ex

Ex vita Quintini.

Summa flu

Ex vita S. Martini.

Martinus conviva Maximi tyranni.

Poſtremo cum Maximus ſe non ſponte ſumpſiſſe imperium affirmaret, ſed impoſitam ſibi à militibus divino nutu regni neceſſitatem armis defendiſſe, Martinus prædixit mortem Maximo tyr.

Ex ſecundo dialogo Sulp. Severi.

Uxor Maximi tyr. impendio favebat Martino.

Maximus imperator rempub. gubernabat, vir omni vitæ merito prædicandus, ſi ei vel diadema non legitime tumultuante milite impoſitum repudiare, vel armis civilibus abſtinere licuiſſet.

Ex 3°. *dialogo.*

Maximus imperator, alias ſane bonus, depravatus conſilio ſacerdotum. [a] Intellegit Arrianos.

Abbreviatio Alcuini de virtutibus S. Martini, quæ ſic incipit: *Poſtquam dominus noſter Jeſus Chriſtus triumphator ad alta cœlorum aſcendit.*

Ex Gregorio Turon. de vita Martini.

Paulinus epiſcopus vitam S. Martini proſa & carmine ſcripſit.

Libri quatuor de vita S. Martini à Fortunato verſibus ſcripti.

Methodius S. Nicolai vitam ſcripſit, quam Joannes Barrenſis eccleſiæ. diaconus in Latinam linguam tranſtulit, & plurima addidit à Methodio intacta.

Ex vita Joannis, Andreæ, & Thomæ, autore Mellitone epiſcopo.

Leucius ſcripſit vitam Joannis evang. Andreæ, & Thomæ.

Vita S. Mauri, autore Fauſto.

Vita Silveſtri papæ ex Euſebio tranſlata.

Epiſtola Helenæ ad Conſtantinum.

D°. ſemper Aug. filio Conſtantino mater Helena ſemper Auguſta.

Veritatem ſapientis animus non recuſat, nec fides recta aliquando patitur quamcunque jacturam. Principium epiſtolæ.

Ex vita S. Wandragefili. Pag. 110.

Et S. Anachorita & presbyter Condedus Britannia inſula ortus.

Ex Memoriale hiſtoriarum Claudii presbyteri, ut arbitror, Galli.

Hic Brennus maximam poſtea Galliarum partem tenuit ſibi ſubjectam, utpote Allobrogas & Senonenſes.

Lelius Hanto, unde Hantonia.

Cæſaris ſepulchrum nunc acus S. Petri dicitur.

[a] *Sic.*

Godefridi

Godefridi Parmenſis liber de deſcriptione urbis.

☞ Hoc tempore obiit Octavius, rex Brittonum, & regnavit Maximus gener ejus, filius Leonini, avunculi Conſtantini.

Gratianus

Grannus quidam ex ducibus Maximi cognita ejus morte Britanniam occupavit.

Heraclidis ad Lauſum liber cui titulus paradiſus.

Sollius Sidonius Apollinaris compoſuit hymnum : "Pange "lingua glorioſi prœlium certaminis."

Alcuinus ſcripſit vitam Vedaſti, Attrabatenſis epiſcopi.

Machutus, qui & Maclovius, in Britannia claruit.

Fortunatus ſcripſit vitam S. Germani.

Campus nomine Hedfelde.

Otho Viennenſis hiſtoricus.

Libri ab Alcuino ſcripti:

De Trinitate libri tres ad Carolum.

Item ſuper Geneſim liber unus.

Super Cantica Canticorum Ius.

Super Eccleſiaſten Ius.

Septem libri ſuper Joannem.

Super epiſtolam ad Hebræos.

Ad Eulaliam virginem.

Liber dialogorum ad diſcipulos.

Liber Sententiarum.

Helinandus hiſtoricus.

Jonæ liber de cruce adoranda.

Franconis liber de quadratura circuli.

Pag. 111. Fulcherius, Raymundus, Gualterus } ſcriptores hiſtoriæ Antiochenæ.

Baldricus, epiſcopus Dolenſis, ſcripſit hiſtor: Hieroſolymitanam.

Ptolemais civitas, nunc Acon.

Guibertus abbas S. Auguſtini de Briſtow.

Endegardis ſine præceptore didicit Latine ſcribere.

Nicolaus Alban Anglus, poſtea Adrianus papa dictus.

Jo: Saresbirienſis vitam S. Thomæ ſcripſit.

Barbicania caſtellum in Gallia.

Anno Di. M.CC.XVII. corpus inclyti regis Britanniæ Arcturi, quod VIc. annis & amplius fuerat amiſſum, inventum eſt in eccleſia bæ. Mariæ de Glaſtenbiry.

Gualterus, archiepiſcopus Senonenſis, ſcripſit hiſtoriam de Sancta cruce, quæ cantatur in eccleſiis.

Fulgerius ſcripſit carmen de virgine.] *Stirps Jeſſæ.*

Pag. 112. vacat.

Ex

Ex lº. veteri, quem mutuo ſumpſi à Taliboto. Pag. 113.

Carmina Abbonis monachi, natione Itali, numero ſeptuaginta, dedicata vero D. Dunſtano epiſcopo Anglo. Scripta erant majuſculis literis Romanis, primis, mediis, & ultimis minio coloratis. Ita ut in unoquoque carmine eadem litera & principium, & medium, & finem obtineret. Mihi certe videbantur ejus rei ſpeciem referre, quam nos vulgo compotum manualem appellamus.

Ibidem libellulus cui titulus erat, Cœna Cypriani epiſcopi.

Ibidem.

m e a lc i. i l. i. ſn. o. c. a. l. cc. i. s. e. tt. i.
Muuilc xi. xi. l. xi. ſn. mix. c. i. l. cc. xi. ſ. u. tt. xi.
m. o. c. i. l. a. d. o s.
m. mix. c. xi. l. i. d. mix. ſ.

c ū v o b i s ip sis myſt e r i a v̄r a
C. x̄x̄. u. xiiii. b. ix. ſ. ixp. sixs. myſt. u. r. ix. i. ur̄. i.
n o t a t i s n o n q u i c u
n. xiiii. t. i. t. ix. ſ. xiii. xiiii. xiii. xvi. xx. ix. m. xx.
n que v i d e t l e g e t s i
xiii. xvi. xx. ix. iiii. v. xix. xi. v. vn. v. xix. xviii. ix.
d o c t i o r e x t e t.
iiii. xiiii. m. xix. ix. xiiii. xvii. v. xxi. xix. v. xix.

ivx. mx. xx. m. xx. mx. mx. xix. xiiiixivnvx. mvx. v.
nvx. xix. xx. i. xix. iiixnvxiiivx. xix. xi. n. v. xixiix.

Ibidem.

Doctiſſ: figura edita à Bryghtferdo, monacho Rameſienſis cœnobii, de concordia menſium & elementorum.

Ejuſdem procœmium & commentariolus in librum Bedæ de temporibus. In hoc commentario doctas excogitavit figuras.

Ibidem.

Calendarium, in quo feſti dies per ſingulos menſes carminibus notantur. Videtur (quamvis pro certo affirmare non auſim) hoc calendarium à Bryghtferdo fuiſſe ſcriptum. Ita enim illius commentario in librum Bedæ de natura rerum adhæret, ſed ſine authoris nomine. Quiſquis ſcripſit non indocte ſcripſit.

Ianuar. K. Kalendæ Ianuar secundum Senecam. L. Ianuarius secundum Senecam.

. Nonæ Ianuar. | Nonæ. | Nonas. | Nonis. | Idus Ianuar.

Febr. Februarius à Februo id est, Plutone, nuncupatus.

. Februarius. Kalendæ Febru. Nonæ Febru. Idus Febr.

Mart. Martius. Kalendæ Mart: Nonæ Mart. Idus Mart.

April. Aprilis Kalendæ April: Nonæ. Idus April.

Maius: Maius secundum Senecam. Kalend: Maiæ. Idus Mai.

Iunius. Iunius. Kalend Iun: Nonæ Iun. Idus Iun:

Iul. Iulius secundum Senecam. Kalend: Iul: Nonæ Iul: Idus Iul.

Augustus. Augustus secundum Senecam. Kalend Aug: Nonæ Aug Idus Aug.

Septēb. September secundum Senecam. Kalendæ Septemb. Nonæ Septemb. Idus Septemb.

October. October secundum Senecam. Kalendæ secundum Senecam. Nonæ Octob: Idus Octob.

Nouembr. November secundum Senecam. Calendæ Novemb. Nonæ Novemb: Idus Novemb:

Decembr. December secundum Senecam. Calend: Decemb.

Vid. f.

Post hæc multa sequuntur de circulo Paschali, & de abaco. Insuper de asse, & de ejus partibus.

Pag. 114. vacat.

Liber

Gersey et Garnesey.



Place this Vol. IV pag. 99.

MS.

Liber parvus, quem Beda primum de temporibus ſcripſit, continens capitula 28°. Pag. 115.

Liber quem Beda ſecundo edidit de temporibus.

Ibidem in lº de temporibus cº. 7º. hæc, quæ ſequuntur, in margine ſcripta erant:

Nomina dierum ſecundum Hebræos.	*Nomina dierum ſecundum Anglos.*	*Nomina dierum ſecundum Scottos.*
Prima ſabbati.	Sunnandæg.	Dies Serol.
Secunda ſabbati.	Monendæg.	Diu luna.
Tertia ſabbati.	Tiſeſdæg.	Diu Mart.
Quarta ſabbati.	Vodneſdeg.	Diu Jath.
Quinta ſabbati.	Þunreſdeg.	Diu Ethamon.
Sexta ſabbati.	Frigedeg.	Diu Triach.
	Saterdeg.	Diu Satur.

Cronicon Bedæ ab Adam incipiens & deſinens in Theodoſio & Leone imperatoribus.

Liber Heririci monachi de expoſitione compoti, non multum diſſimilis libro Bedæ de temporibus.

Dionyſius de feſto Paſchali.

Tractatulus de jactu alearum.

Grammatica incerto autore.

A pag. 116. uſque ad pag. 153, (excluſive) ſequuntur obſervationes aliquammultæ præſtantiſſimæ ad Britanniam noſtram, præcipue vero ad agros Cornubienſem, Cantianum, Hereſordienſemque ſpectantes, inter quas etiam urbis Londinenſis rudis conſpicitur figura. Has tamen omnes ideo omittimus, quoniam jam antea edidimus ad pag. 91. ſeptimi vol. Itinerarii Lelandi.

Ex libr: incerti autoris de vita S. Joannis archiepiſcopi Ebor: ſive de antiquitate Beverlacenſi, quem in 3. drviſit partes. Pag. 153.

Ex 1. parte.

In Bernicia eſt Hexham, Richemont, Carlel, & Copland. *

In Deira eſt Eboracum, & Beverlic, & multa alia loca nominatiſſ.

Antiquitus ſola illa patria, quæ eſt introcluſa mari orient. Deirwenta & Humbra Deira vocabatur, nunc vero Eſtridingia.

Deirwent, id eſt, Deiræ, vel Deiorum vadum, notorie vocatur.

Cava Deira reſpectu altioris inter mare & Humbriam, & quia extenditur inſtar naſi, additur ab incolis hæc ſyllaba neſſe, & dicitur vulgariter Holdernes.

Coifi archiflamen ultimus paganici ritus Ebor:

Godmundingham locus idolorum non longe ab Eboraco ad orient: plagam ultra flu: Dargwent.

Paulinus baptiſavit in Trenta flu: juxta civitatem Tiowlfingaceſter.

S. Joannes, archiepiſcopus Ebor: natus (ut vulgo creditur) in villa de Harpham.

Folchardus Cantuar: ſcripſit vitam D. Joannis archiepiſcopi Ebor:

S. Joannes primus doctor Theolog: in Oxonia.

Beda diſcipulus divi Joannis.

D. Joannes diſcipulus Theodori, archi: Cantuar:

Harneſhal ſuper Tinam. S. Joannes fuit heremita apud Harneſhalg, i. e. montem Aquilæ, ſuper ripam Tine prope Hexam.

Alfridus rex fautor S. Joannis.

S. Joannes ſucceſſit Eatæ, epiſcopo Hauguſtalden.

S. Joannes frequentabat oratorium S. Michaëlis prope Hexham.

Pag. 154. S. Joannes factus archiepiſcopus Ebor:

Herebaldus diſcipulus S. Joannis comeſque individuus.

Brithunus, poſtea abbas Beverlac: diſcipulus S. Joannis.

S. Sigga diaconus S. Joannis.

Wilfridus junior poſtea archi: Ebor: diſcipulus S Joannis.

Hereburgis abbatiſſa de Wetandun.

Quenburgis monacha de Wetandun curata à D. Joanne.

Deirewald locus nemoroſus, id eſt, ſylva Deirorum, poſtea Beverlac, quaſi locus, vel lacus, caſtorum, dictus à caſtoribus quibus Hulla aqua vicina abundabat.

S. Joannes reperit in Beverlic eccl: parochialem S. Joanni evangel: ſacram. Acquiſito hujus loci ſitu & dominio prædictam eccleſ: auctam in monaſterium convertit, & monachis aſſignavit.

Presbyterium, hoc eſt, chorum eccl: de novo ibi conſtruxit, habente priori eccl: S. Joann: locum in navi eccl: Fabricavit ad auſtralem prædictæ eccl: oratorium S. Martini, ubi poſtea moniales collocavit. Aſſociavit monaſteriis iſtis ſeptem preſbyteros & totidem clericos in navi eccl: S. Joannis.

Charnellum S. Martini.

S. Joannes acquiſivit ſuis monaſteriis manerium de Ridinges. Ex tunc conſtruxit eccleſ: S. Nicolai in fundo dominii ſui.

Pag. 155. Puch̃ comes quidam habens manerium apud auſtralem Burton 2. paſſ. mil. à Beverlic.

Yolfrida, filia comitis Puch̃, monialis facta apud Beverlic, cujus matrem liberaverat S. Joannes ab ægritudine.

Puch̃ dedit cum filia maner: de Walkington.

Yolfrida obiit 3. Id. Mart: anno D. 742. cujus oſſa ſepulta S. Beverlaci.

Addi,

Addi, comes de boreali Burton, dedit bor. Burton cum ejuſdem eccl: advocatione eccl: de Beverlic tempore S. Joannis archiepiſcopi.

Poſt hæc conſtructæ capellæ in Lekingfeld & Scorburgh quæ fuerunt in parochia de Burton, quæ proceſſu temporis factæ ſunt eccl: parochiales.

Herebaldus, diſcipulus S. Joan: abbas de Tynmuth.

Ofredus rex ob amorem S. Joannis dedit Dalton eccl: Ebor: in qua villa eatenus fuerat manerium regis.

S. Joannes relicto epiſc: 4. annos tranſegit in Beverlac:

S. Joannes comparavit eccl: de Beverlic terras in Midleton, in Welwik, in Bilton, & Patrington.

Obiit Brithunus 1us. abbas Beverlac: Idibus Maii anno D. 733. & ſepultus juxta S. Joannem.

Winwaldus monachus ejuſdem loci abbas 2. obiit anno D. 751.

Wulfeth 3. abbas Beverlac: obiit anno D. 773.

Ceterorum abbatum nomina ignota.

Anno 146. à depoſit: S. Joannis deſtructum monaſter: Beverlac: à Danis, cum libris & ornamentis omnibus.

Monaſter: de Beverlac manſit triennio deſolatum. Poſtea redierunt presbyteri & clerici ad Beverlac, & locum reparaverunt. Pag. 156.

Ex 2. parte.

Beverlac: villa ſita in hundreda de Suecolfros.

Athelſtanus rex venit ad Beverlac, & victis Scottis novum ibidem collegium inſtituit canonicorum ſecularium.

Villa S. Joannis in Scotia ſic nominata ab Athelſtano ob amorem quem habuit erga eccl: S. Joannis Beverlac:

Adelſtanus terras eccl: Beverlac: dedit in Brandesburton & Lokington.

Rex Athelſtanus [a] ſuum jus de [b] Heſtrasſia, id eſt, de pabulo equorum, quod ei in Eſtriding ſingulis annis ſolvebatur. Traue carrucarum.

S. Joannis vexillum aſſumptum ab Athelſtano quo tempore debellavit Scottos.

Athelſtanus ſignum quærens quo jure dinoſceret Scottos ſubjectos jure Anglis, gladio alte vulneravit ſaxum apud Dunbar.

Deira quæ clauditur uno latere flu: Darwent, ex altero Humbre flu: ex 3. latere ma: ſeptentr: vel orient:

Charta ibidem Æthelſtani regis de immunitate & libertate, denique aſylo terrarum S. Joannis, Saxonice ſcripta.

Crux ultra vallem Moleſcroft, una metarum pacis & aſyli S. Joannis.

---

[a] *Deeſt aliquid.* [b] Horſtraffa *ſupra lin. in excerptis Galeanis.*

Æthel-

Æthelſtanus rex ſtatuit, ut Beverlacus eſſet caput totius Eſtridingiæ.

Athelſtanus hæc privilegia confirmavit anno D. 938. & à depoſit: S. Joannis 217.

Ab hoc tempore devenit villa Beverlaci eſſe amplior, & populi magnus fuit confluxus.

Pag. 157. His temporibus confluente populo conſenſu canonicorum Beverlac: conſtructæ ſunt 2. capellæ Ebor: una in honore B. Mariæ, alia in honore S. Thomæ apoſtoli, ſalvo jure matricis eccl:

Alfricus 17. archiepiſcopus Ebor: tranſtulit oſſa S. Joannis.

Annulus cum fragmentis libri evangeliorum inventus in ſarcophago S. Joannis.

Facta eſt tranſlatio anno à depoſit: Joannis 316. anno D. 1037. 8. Cal. Novembr: tempore Edwardi ante quam reg: conſec: fuiſſet dignit:

Hæc ſcriptura inventa poſtea in theca reliquiarum S. Joannis. "Anno D. 1188. menſe Septembr: combuſta fuit "eccl: S. Joannis in ſequenti nocte poſt feſtum Mathei apo- "ſtoli." Tranſlata ſunt eodem tempore oſſa S. Brithuni, abbatis Beverlac.

Hic Alfredus, epiſcopus Ebor: ordinavit 3. officiarios in eccl: Beverlac: Sacriſtam, Cancellarium, & Præcentorem, habitum cano: geſtaturos.

Hic Alfridus acquiſivit à quodam Fortio divite pecunia ſua terram apud Midleton, Holme, & Fridaythorp.

Hic etiam Alfridus ab Edwardo rege impetravit, ut 3. feriæ annuæ eſſent Beverlac: Hîc etiam conſuetudinem fecerunt, ut vicini nobiliores ter in anno jejuni & diſcalciati reliquias S. Joannis intra & extra villam ſequerentur. Hic etiam refect: & dormitorium diſpoſuit apud Beverlac fabricari; ſed morte præventus eſt.

Kinſius, archiepiſcopus Ebor: turrim in eccl: excelſam fabricavit apud Beverlac:

Pag. 158. Aldredus, archi: Ebor: refector: & dormitorium in Bederna Ebor: perfecit.

Edwardus rex inſtantia Aldredi dedit eccl: Beverlac: dominium in Leven.

Hic primus ſeptem canonicos fecit præbendarios.

Hic etiam præbendariis certa loca aſſign: & vicarios eis deſignavit.

Hic Aldredus veterem eccl: novo presbyterio decoravit.

canonicum

Hic etiam addidit 8m. præbendarium.

Hic à presbyterio ad turrim totam eccl: pictorio opere, quod cœlum appellabat, exornavit.

Hic

Hic ſupra oſtium chori pulpitum ære, [a] auro", argento, auro, mirabili opere Theutonico exornavit,

Ex 3. parte.

Alueredus hiſtoricus, ſacriſta & theſaur: Beverlac: ſcripſit hiſtoriam de rebus Anglicis.

Rex Gul: primus fixerat tentoria 7. mil. paſſ. ab Beverlaco.

Thurſtinus, miles Gul. 1i. inſequutus eſt veteranum in eccl: Beverlac: ſtricto gladio, & ibi miſerr. morbo correptus eſt.

Gul: 1s. dedit Sigleſthorn eccl: Beverlac: & præcepit ne ejus exerc: eccl: Beverlac: læderent.

Gul. 1s. rex Marcharo comiti & Gamello filio Osberni.

Thomas ſenior, archi: Ebor: dedit Thomæ juniori, nepoti ſuo, propter diſcordiam canonic: novam dignitatem, i. e. præpoſituram de Beverlac: ita tamen, ut neque vocem in capo. neque ſtallum choro haberet.

Locus, qui Bederna antiquitus dicebatur, nunc eſt domus præpoſiti, & nova Bederna adjuncta eſt ejus domui, ubi nunc ſunt vicarii præbendariorum, quibus præpoſitus ſtipendia perſolvit. Pag. 159.

Ex libello adjuncto de præpoſitis Beverlac:

Thomas junior 1s.

Thurſtinus 2s. poſtea archi: Ebor: Hic primus archi: Ebor: habuit præbendam in Beverlac: & hanc dignit: retinuere ejus ſucceſſ: archi: Ebor:

Thomas Normannus 3.

Robertus 4.

Thomas Beket 5s.

Robertus 6.

Galfridus 7. temporibus Henrici 2i.

Simon 8.

Fulco Baſſet 9.

Joannes Cheſhul 10.

Gulielmus Ebor: 11. tempore Henr: 3i. inde epiſcopus Sarum.

Joannes Maunſel 12. Hic fuit theſaur: Ebor:

Alanus 13.

Morganus 14.

Petrus de Cheſter 15.

Haymo de Charto alienigena 16. Hic fuit præpoſitura privatus, & poſtea factus eſt epiſcopus Gibennenſis.

Robertus de Alburwik 17.

Magiſter Walterus 18.

Gul. de Melton 19.

Nicol: Hugate 20.

Gul: Delamar 21. tempore Eduardi 3i.

Richardus de Ravenſer 22. qui præpoſituram melioravit.

[a] *Delend.* Adam

Pag. 160. Adam Limbergh 23.
Mr. Joannes Thoresby 24.
Mr. Robertus Manfeld 25.
Gul. Kinwolmarſch 26. poſtea theſaur: Angl:
Robertus Neville 27. Hic ædificavit turrim in Bederna tempore Henr: 6i.
Robertus Rolleſton 28.
Joannes Gerningham 29. fuit theſaur. Ebor:
Laurentius Bouth 30. poſtea epiſcopus Dunelmen: & archi: Ebor:
Mr. Joannes Bouth 31. poſtea Exon: epiſcopus.
Henr. Webber 32.
Petrus Taſtar alienigena 33.
Gul: Potman 34.
Hugo Trotter 35.
Thomas Dalby 37.
Thomas Winter 38.

Pag. 161. nonnulla lingua vernacula continet; quæ quum ſint pars Itinerarii auctoris noſtri, non abs re viſum eſt edere in appendice ad 7. vol. Itinerarii, quod vide ſis.

Pag. 162. *Ex vita D. Joannis, archiepiſcopi Ebor. autore Folchardo Durovernenſi.*

a

Hereburgis abbatiſſa monaſterii de Vetandune.
Joannes dedicavit eccleſiam villæ de auſtrali Burton.
Herebaldus, qui & poſtea monachus Tynemutenſis, ſervus Joannis epiſcopi.
Joannes venit ad ſynodum indictam ab Oſredo rege.
Brithunus abbas Beverlacenſis.
Puch comes villam habebat vicinam Beverlegæ.
Adda comes habitans prope Beverley.
Herebaldus clericus Joannis, poſtea abba Tinemutenſis.
Manſit Joannes in epiſcopatu annis 33.
Reſignavit epiſcopatum Wilfrido ſuo.
Obiit in Beverlege No. Maii anno D. 721°.
Abbas de Swina invitatus à Brithuno Beverlegam venit.
Wolverdus presbyter [a] in monaſter:" Brithuni.
Quæ ſanctimonialis de Eſck.

Ex libro Gulielmi, clerici Beverlacenſis, ad Thomam præpoſitum de miraculis Joannis, Ebor: archiepiſcopi.

Truſtinus nobilis dux una cum Nortomannis Beverlacum venit, oppidum ſpoliaturus petiit.

[a] *Bu occurrunt.*

Guli-

Gulielmus nothus, rex Angl: munificus erga Beverlacenſes.
Robertus de Stutevilla, dominus caſtri de Cotingham.

Ex libro fratris Hugonis monachi de Kirkeſtal de fundatione Fontanenſis monaſterii ad Joannem abbatem de Fontibus. Pag. 163.

Hic Joannes fuit 10us. abbas Fontium.

Scripſi itaque quæ ex ore ſenioris, ſcilicet Serlonis monachi, audivi.

Serlo monachus Fontanenſis tunc temporis annos natus plus minus centum.

Monachi à Barnardo Clarevallens: in Angliam miſſi jaciunt fundamenta monaſterii, quod Rievallis nominatur.

Erant autem qui egreſſi ſunt cum eo viri 13. Richardus S. Mariæ prior Monaſterii, Richardus ſacriſta, Ranulphus, Thomas, Gamellus, Haymo, Robertus de Suella, Galfridus, Walterus, Gregorius, Gervaſius, Radulphus, Alexander. Adjunxit ſe eis ſocium monachus quidam de Whitby nomine Robertus, abbas poſtea & fundator novi monaſterii.

Tranſmigratio monachorum à cœnobio S. Mariæ Ebor: ad Fontes anno D. 1132. pridie Nonas Octobr:

Thurſtinus, archiepiſcopus Ebor: in patrimonio beati Petri aſpirante deo, habitationis ſedem eis aſſignat locum à cunctis retro ſeculis inhabitatum, ſpinis conſitum, & inter convexa montium & ſcopulos hinc inde prominentes, ferarum latebris quam humanis uſibus aptior. Et nomen loci Skeldale, hoc eſt vallis rivuli ibidem defluentis. Adjecit vir beatus vicum unum cum agris, nomine Suttonam, & hoc initium fundationis matris noſtræ, quæ nunc Fontes nominatur.

Suttona diſtat verſus boream 3. mil. paſſ. à Fontibus.

Richardus, olim prior monaſter: S. Mariæ Ebor: primus abbas Fontium.

Ulmus erat vallis in medio, ſub qua ad tempuſculum monachi habitabant.

Hæc ulmus ad huc viget.

Panem illis Thurſtinus epiſcopus, potum vero præterfluens rivulus miniſtrabat.

Galfridus Clarævallenſis monachus à Barnardo Fontes miſſus.

Ulmus illa, ſub qua diu conſederant, duplex eis beneficium præſtabat, hoſpitium in hieme, pulmentum in æſtate.

Euſtachius, filius Joannis, dominus caſtri de Knaresburg, tranſmiſit ad monachos Fontenſes rhedam onuſtam panibus.

Bernardus Clarevallenſis, motus paupertate Fontenſium, decreverat dare illis grangiam, nomine Longum vadum. [Longforde.]

Hugo, decanus Ebor: cum omnibus fortunis ſuis Fontes ſe contulit. Dives erat in libris ſcripturarum ſanctarum, quos, ſic domino procurante, multis ſibi ſumptibus & ſtudio comparaverat. Hic primus armariolum de Fontibus felici auſpicio ſuſcitavit. Pag. 164.

Serlo, canonicus Ebor: cum omnibus fortunis ſuis Fontes ſe contulit.

Toſti canonicus cum omnibus fortunis ſuis Fontes ſe contulit.

Poſt dies aliquot miles quidam de vicinia Robertus de Sartis Raghenildem ſibi deſponſaverat cum terris quibuſdam quæ eam jure hereditario contingebant. Hii ambo divino pariter inſpirati conſilio villam ſuam, quæ Herleſhow dicebatur, cum agris adjacentibus, & foreſtam, quæ Warchſale nominatur, pari voto & conſenſu monaſter: de Fontibus contulerunt. Sepulti ſunt inibi ſepultura juſtorum.

Herleſhow nunc intra parcum monaſterii.

Warchſale mil: & 500. paſſ. à monaſter: verſus occidentem.

Serlo de Penbrok habens in vicinia noſtra villam nomine Caiton ex dono regis, contulit illam monaſter: de Fontibus. Villa hæc reducta eſt in grangiam.

Caiton 3. paſſ: mil. à monaſter: verſus auſtrum. Veſtigia manerii Serlonis & ſacelli ad huc comparent.

Serlo obiit Fontibus, & ibidem ſepultus eſt.

Poſtea abbas adeptus eſt grangiam de Aldeburg.

Aldeburgh ex parte boreali Uri flu: prope Maſſeham.

Serlo monachus, quo dictante, Hugo hæc ſcripſit.

Circa idem tempus ego Serlo valefaciens ſeculo Fontes me contuli ſanctæ converſat. habitum ſuſcepturus. Deus bone! quanta tunc apud Fontes vitæ perfectio! quanta virtutis æmulatio! quis fervor ordinis! quæ forma diſciplinæ!

Anno quinto à fundatione matris noſtræ vir nobilis Ranulphus de Merley Fontes noſtros viſurus acceſſit, & poſtea in patrimonio ſuo novum monaſterium conſtruxit. Hic primus palmes quem vinea noſtra expandit.

Newminſter juxta Morpeth.

Domus hæc de novo fundata fœcunditatem matris ſuæ æmulata eſt. Concepit & peperit, 3. de ſe filias faciens, Pipewellam, Salleiam, & Rupem.

Pag. 165. Quidam nobilis, Hugo nomine, filius Eudonis, conſulto abbate de Fontibus diviſit cum domino hereditatem, & locum nomine Kirkeſtede divinis uſibus conſecravit.

Alexander, epiſcopus Lincoln: locum quendam, Haverholm nomine, abbati de Fontibus in uſum conſtruendi monaſter: conſignavit.

Robertus de Suuella factus abbas de Kirkeſtede.

Gervaſius factus abbas de Haverholm.

Diſplicuit fratribus de Haverholm locus habitationis ſuæ, & commutatione facta, locum alterum, quem Parcum Ludæ nominant, de manu epiſcopi receperunt.

De domo, quæ vocatur Kirkſtede, miſſus eſt conventus monachorum in Norwegiam, & conſtruxerunt abbatiam, quæ Houetheia nominatur. Sed & illa concepit & peperit aliam in eiſdem partibus.

Albericus,

Albericus, Hoſtienſis epiſcopus, legatus in Angl: à pont: Ro: miſſus, Romam ſecum tulit Richardum primum abbatem Fontenſem, virum admodum literatum, ubi mortuus eſt.

E ſecunda parte libri Hugonis.

Richardus, quondam cœnobii Mariani ſacriſta, factus eſt 2ᵘˢ. abbas Fontenſis.

Richardus 2. abbas Fontanenſis obiit Clarevalli.

jubente Bernardo

Henricus Murdach, ut apparet ex ejus epiſtola, ſit 3ᵘˢ. abbas Fontenſis. Hic Henricus poſtea factus eſt archiepiſcopus Ebor:

Hujus Henrici tempore adjectæ ſunt monaſter: Fontenſi 3. grangiæ, Cow Culton, Kilneſeia, & Martona. ..... Cowton in epiſcopatu Dunelmenſi. Kilneſeia in Craven. Martona 3. paſſ: mill: à Riponaverſus boream.

☞ Hugo de Bolebec, homo potens & magnarum rerum, conſilio Henrici abbatis, viculum quendam, Woburniam nomine, monaſter: conſtruendo deſignavit anno D. 1145.

Alanus factus abbas de Woburn [com. Bedf:] & hic unus ex his erat, qui de cœnobio Ebor: egreſſi ſunt.

Sigwardus, epiſcopus Bergenſis in Norwagia, in Angliam veniens, inviſit monaſter: Fontenſe, & conventum monachorum cum Ranulpho abbate ſecum deferendum mag: precibus obtinuit, & eundem Liſæ novo monaſterio donavit anno Dⁱ. 1145.

Erat hic Ranulphus ex fratribus monaſter: Ebor:

Ranulphus abbas de Liſa depoſito magiſtratu reverſus eſt Fontes. Pag. 165.

Anno Dⁱ. 1147. nobilis vir Henricus de Laceio, conſulto abbate Fontenſi, conſtruxit monaſterium in territorio Ebor: in loco, qui Bernolfwic dicebatur. Inter fratres, qui huc miſſi ſunt, ego Serlo, homo decrepitus & ætate confectus, miſſus ſum. Nos locum acceptum montem S. Mariæ nominavimus. Poſtea ab hoc loco incommoditate cœli & graſſatorum migravimus ad locum alterum, qui nunc Kirkeſtal nominatur. Bernolfwik, alias Berwik, in Helmet, 2. paſſ: mil: verſus occidentem ab Abreforth.

Prior autem ſedes redacta eſt in grangiam.

Alexander, frater uterinus Richardi, 2. abbatis de Fontibus, unus de fratribus Ebor: monaſter: primus abbas Montis Mariæ.

Anno D. 1147. fundata eſt abbatia de Biham, quæ nunc Vallis dei nominatur. Fundator hujus monaſter: fuit Gulielmus, comes Albæmarlæ.

Guarinus primus abbas Vallis dei.

Anno D. 1150. Gulielmus, comes Albæmarlæ, fundavit abbatiam de Melſa in territorio Ebor: Melſa in Holderneſſe.

Adam primus abbas de Melſa. Hæc noviſſ: filiarum quam peperit mater noſtra.

Hæc ſoboles matris noſtræ octo genuit filias: ſex neptes ſuſcepit ex iis.

Lis maxima orta ex depoſitione Gul: archiepiſcopi Ebor:

Milites, qui favebant Gulielmi partibus, armata manu Fontes veniunt, Henricum, abbatem Fontenſem, tanquam dejectionis Gul: autorem diſquirunt, ſed non invento eo monaſterium Fontenſe incendunt & diripiunt, relicto oratorio tantum ſemiuſtulato. Henricus, abbas Fontenſis, electus in archiepiſcopum Ebor: Claramvallem ſe contulit ad Bernardum. Deinde Eugenium, pontificem Ro: Treveris convenit.

Mauritius, monachus Rievallenſis, poſt Henricum fit abbas Fontium. Hic curam paulo poſt reſignavit Thoraldo, monacho etiam Rievallenſi, homini in ſcripturis ſacris non mediocriter edocto, & in liberalibus ſtudiis apprime erudito. Pag. 167.

Thoraldus reſignato officio Rievallem reverſus eſt.

Erat tunc temporis in monaſter: Clarevallenſi præcentor quidam, Richardus nomine, abbas quondam Vallis claræ, natione Anglicus, de civitate Ebor: oriundus, vir vitæ probatæ & relligionis conſummatæ, familiaris admodum, pro vitæ merito, S. patri Bernardo, & Henrico, archiepiſcopo Ebor: Hic Richardus opera Barnardi factus abbas Fontium.

Gulielmus, mortuo Henrico, factus eſt archiepiſcopus Ebor: Gul: in gratiam rediit cum monachis Fontium.

Inde Eboracum diſcedens Gul: archiepiſcopus, prima ſeſſione ſacris altaribus aſſiſtens inter offerendum ſacro, ut dicitur, in calice veneno extinctus eſt.

Mortuo Richardo abbate, ſucceſſit ei Robertus, abbas de Pipewelle. Præfuit Fontibus novem annis. Obiit Woburnæ. Sepultus eſt Fontibus.

Gul: abbas Novi monaſter: factus eſt abbas Fontium.

Fuerat hic primo canonicus de Giſeburne.

Præfuit Fontibus decem annis.

Huc uſque dictavit Serlo ſenex.

Succeſſit Radulphus, vir omni laude dignus, ex milite factus monachus.

Sunwulphus converſus vir mag: ſanctitatis apud Fontes.

Hugo, autor hujus operis, monachus factus ſub hoc Radulpho cum eſſet abbas de Kirkeſtal: cui præfuit novem annis.

Gaufridus Hageth, frater germanus Radulphi, abbatis Fontium, dedit cum corpore ſuo ad ſepulturam villam de Thorp, quam monachi amotis accolis redegerunt in grangiam.

Thorp Underwood 6. mil: paſſuum in ripa Uri fluv: ſupra Ebor:

Joannes de Eboraco factus abbas Fontium, mortuo Radulpho, aggreſſus eſt pro magnitudine animi opus magnum inchoare, novam ſcilicet fabricam eccleſiæ Fontenſis, opus inuſitatum

inuſitatum & admirandum; feliciter inchoatum, ſed felicius conſummatum.

Succeſſit Joanni alter Joannes, qui inceptam fabricam provexit. Hic poſtea factus eſt epiſcopus Elienſis. Pag. 168.

Succeſſit in abbatia Fontium Joannes de Cantia, qui novam baſilicam conſummavit, & altaria novem inſtituit. Addidit & novo operi pictum pavimentum. Clauſtrum novum conſtruxit, & infirmitorium. Porro xenodochium pauperum, ſicut hactenus cernitur, venuſtiſſime fabricavit in introitu primæ areæ verſus auſtrum.

Novem altaria in tranverſa inſula orientaliſſimæ partis eccleſiæ, ubi multæ columnæ ex nigro marmore albis maculis & magnis interſperſo.

Erant & in capitulo Fontium & in refectorio magnæ columnæ ejuſdem marmoris.

Præfuit Fontibus 28. annis.

Succeſſit Joanni Stephanus de Eſton, abbas Novi monaſterii.

Ex libro de vita S. Wilfridi. Pag. 169.

Terræ datæ S. Wilfrido à regibus juxta Ribel: flu: id eſt, dene Hacmundernes, & in Geding, & in regione Dunutinga, & ..... in Aetlevum, in ceteriſque locis.

Ecfridus rex ad huc juvenis cum Berneth quodam ſubregulo, ejus amico, Pictorum ingentem numerum parva manu ſtravit, & duo flu: cadaveribus interfectorum replevit.

Wilfridus adeptus eſt locum à regina Sa. Æþilþryþe condendo monaſter: Haguſtaldun.

Berthwald, frater Ethelredi, regis Merciorum, Wilfridum exulem hoſpitio excepit.

Wilfridus miſit Badwinum presbyterum & abbatem, magiſtrumque Alfridum nuntios ad Alfridum, regem Northumbr:

Berthwaldus, archiepiſcopus Cantuar: ſynodum congregavit in partibus Aquilonis juxta flu: Nid ab oriente, ubi rex erat cum principibus, & abbatibus, & beata Elfleda.

Berectfridus princeps ſecundus à rege in ſynodo.

Synodus in campo nomine Eoſtrefeld.

Berechtfridus una cum regio puero Alfridi obſeſſus in Bebbanberg, vovit, ſe ſatisfacturum Wilfrido, ſi hoſtes recederent, & regius puer aliquando paterno potiretur ſolio.

Wilfridus deſignavit Tatbertum comitem ſuum individuum præfectum (ſi ipſe forte moreretur) Ripenſi eccleſiæ.

Tibba & Eabba monitu Ceolredi, regis Merciorum, invitabant Wilfridum ut in partes Merciorum veniret.

Poſtremo ad monaſterium ejus, quod in Undalum poſitum eſt, in quo olim Andreæ apoſtoli dedicavit eccleſiam, Wilfridus pervenit, ubi paulo poſt obiit.

Bacula

Bacula abbas inter ceteros corpus Wilfridi ſyndone involvit.

Pag. 170. Vixit Wilfridus in epiſcopatu annos 46.

Tatbertus ſit præfectus Ripenſis eccleſiæ.

Wilfridi corpus perductum ad Ripenſem eccleſiam.

Nobiles quidam exules combuſſerunt cœnobium in Undalum, ubi Wilfridus obiit, excepta una domo, in qua Wilfridus obiit. Illam nullis [a] fomentis adjectis comburere potuerunt.

Monaſterium de Undalum erat magna ſepi ſpinea [b] circumdata: quæ etiam conflagravit, ſed crux lignea ibi poſita, ubi Wilfridi corpus ligneo balneo collatum fuit, à circumlambentibus flammis intacta permanſit.

Erat in ſacro veſtiario Ripoduni liber Petri Bleſenſis de vita S. Wilfridi, dedicatus Galfredo archiepiſcopo Ebor:

Ex libello de privilegiis ab Æthelſtano rege Ripenſi eccleſiæ conceſſis.

Athelſtanus ſanctuarium Riponenſi eccleſiæ conceſſit, & terminos hinc inde ad unum miliare extra oppidum ſanctuario deſignavit: quorum unus appellatus crux Athelſtani.

Athelſtanus dedit eccleſiæ Ripenſi eaſdem libertates quas dedit eccleſiæ Beverlacenſi.

Qui pacem ſanctuarii intra eccleſiam Ripenſem violaverit reus ſit bonorum omnium & vitæ.

Ethelſtanus venit cum omni exercitu ad eccleſiam S. Wilfridi in Ripon.

Voluerat Osbertus, vicecomes Ebor: vim tuliſſe libertati Ripenſis eccleſiæ anno Di. 1106. ſed Gerardus archiepiſcopus rem regi detulit. Venerunt igitur à rege miſſi Robertus epiſcopus Lincoln: Radulphus Baſſete, Galfridus Ridel, Ra-

Pag. 171. dulphus Lemeſchin, & Petrus de Valloniis, qui cauſſam ventilarent, & tandem jura Wilfridi libera eſſe ſtatuerunt.

Lagman, id eſt, legiſlator.

Habeant omnes pacem in feſto Petri & Pentecoſtes eundo & redeundo ad eccleſiam Ripenſem.

Ex vita Wilfridi, autore Petro Bleſenſi, quod opus Galfrido, archiepiſcopo Ebor: dedic:

Conſtruxit eccleſiam in Ripis ad honorem Petri.

Magnates, qui aderant in conſecratione, terras plurimas in dotem eccl: contulerunt, ſcilicet Rible, & Haſmundeſham, & Marcheſiæ, & in regione Duninga.

Idem quoque vir dei quatuor evangelia, & bibliothecam, pluresque libros novi ac vet: teſtamenti, cum tabulis, tectis

---

[a] *Rectius*, fomitibus. [b] *F.* circumdatum: quæ etiam.

auro

auro puriſſ: & pretioſis gemmis, mirabili artificio fabrefactis, ad honorem Dei, & ſui nominis memoriam, præſentavit.

Pag. 172. vacat.

Ex revelatione Eliſabethæ virginis ſacræ Sconaugiani monaſterii diœceſis Trevirenſis. Pag. 173.

Ante hæc tempora jacuerunt martyres ſine honore ſub pedibus hominum & jumentorum ſecus muros urbis Coloniæ. Accidit ut viri quidam ibidem manentes accederent ad locum martyrii, & aperirent multa monumenta ſanctorum corporum, atque ea ſublata inde transferrent ad loca religioſa, quæ erant in circuitu, ſicut à Domino fuerat ordinatum.

Anno D. 1156. imperante Frederico, & Arnoldo ſecundo Colonienſi eccleſiæ præſidenti, inter ceteras una pretioſa martyr ibidem inventa eſt, in cujus ſepultura titulus talis legebatur: "Sancta Verena, virgo & martyr." Et hæc inde tranſlata ad Sconaugianum monaſterium.

Cæſarius martyr una tranſlatus cum Verena Sconagiam.

Cæſarius miles filius materteræ Verenæ virginis.

Verena Cæſarium ad martyrium exhortata eſt.

In tempor: eodem, quo prædicti duo martyres inventi ſunt, inter ſepulchra virginum multa corpora Sanctorum, epiſcoporum, atque aliorum magnorum [a] virorum: erantque in monumentis ſingulorum repoſiti lapides, habentes titulos ſibi inſcriptos, ex quibus dinoſcebatur, qui aut unde fuiſſent. Horum præcipuos ac maxime notabiles tranſmiſit ad me ex prædicta urbe præfatus abbas.

Pantalus, epiſcopus Baſilienſis, ſocium ſe adjunxit virginibus Romam proficiſcentibus, qui & poſtea cum eis martyrium tulit.

Pater beatæ Urſulæ rex Britanniæ Scotiæ Maurus nomine.

S. Ciriacus, pontifex Ro: una cum virginibus Coloniæ occiſus. Hic Ciriacus poſtea Anterus dictus.

Cordula martyr.

Mauricius, epiſcopus Lavicanus, erat avunculus duarum virginum, Babilæ & Julianæ.

Claudius Spoletanus diaconus, & Focatus ejus frater ſecuti ſunt virgines, & una paſſi ſunt.

S. Foillanus Lucenſis epiſcopus. Pag. 174.

S. Simplicius Ravennatenſis epiſcopus.

Inſcriptio.

Hîc jacet in terris Etherius, qui vixit ann: 25.

Etherius rex ſponſus Urſulæ reginæ.

Demetria mater Etherii, Agrippinus vero pater, Florentina ſoror ejuſdem.

[a] *Subintellige*, reperta fuerunt.

Axpara

Axpara filia materteræ Etherii.

Etherius rex, qui erat manens in Britannia Anglica, admonitus fuit, ut Demetriam matrem curaret ſacro [a] regenerandam fonte, id quod fecit.

Etherius, relicta Britannia, profectus eſt obviam Urſulæ uxori, una cum Demetria, & Florentina parvula ſorore ſua.

Clemens epiſcopus comes Etherii.

Albina & Emerentia ſorores filiæ Aureliani comitis.

Adrianus filius cujuſdam reguli comes Albinæ & Emerentianæ.

Inſcriptio.

Sancta Geraſina, quæ duxit virgines ſacras, regina Siciliæ.

Babila, Juliana, Aurea, & Victoria ſorores ac comites Adriani, filiæ Geraſinæ.

Quintianus tyrannus, Geraſinæ maritus, per Geraſinam ex lupo fit ovis.

Geraſina in Britannia orta, & erat ſoror S. Maurifii epiſcopi, & Dariæ matris S. Urſulæ.

Geraſina, relicto regno, filio, & duabus puellis cum 4. reliquis filiabus Britanniam petiit, ut Urſulam comitaretur, [b] aut potius ut ſe ducem itineri exhiberet.

Maximus & Africanus, duces Romani, videntes chorum virginum in juſtam [c] exauctum multitudinem, ne in religione Chriſtiana evincerent, Julium, ducem Hunnorum, per literas admonet, ut turbam gladiis è medio [d] tollerent; id quod & Coloniæ factum eſt.

Caput Verenæ olim ſepultum in Eluinſtat.

De Urſulæ ſepulchro.

Non eſt levatum corpus ejus unquam ſuper terram, niſi in diebus iſtis, & vere illic eſt, ubi ſervatur ejus ſuperſcriptio.

Verba Urſulæ ad Eliſabetham.

Ego ſum Urſula, & hæc quæ mecum ſtat ſoror Verena eſt filia patrui mei cujuſdam principis magni.

Aquilinus 4. poſt Martinum præfuit Colonienſi eccleſiæ, quo tempore undecim cecidere millia virginum.

Pag. 175. Foillanus & Simplicius epiſcopi Aquilinum Colonienſem certiorem faciunt de adventu Urſulæ & virginum.

Verba Urſulæ.

Tyrannus Hunorum Julius admonuit, ut, relicto Chriſto, ſibi & ſuis jungeremur. Unde recuſantes occidit. Ego autem ictu ſagittæ in corde meo percuſſa ſum.

Aquilinus ſolicite martyrum funera curavit, & corpora terræ tradidit.

Paulo poſt venit Dematius, vir venerabilis, & tulit corpora

[a] Regenerandum MS. [b] Ut MS. [c] Exauctam MS. [d] Tolerent MS.

quædam,

quædam, quæ in loco quodam ad huc ſupererant, & ſepelivit ea cum honore magno.

Pag. 176. vacat.

Ex libro cujuſdam monachi S. Albani de vita S. Oſwini. Pag. 177. Autor operis fuit aliquanto tempore, ut ipſemet teſtatur, prior de Wimundeſham.

Oſricus, rex Deirorum, pater Oſwini.

Oſwinus propinquus Edwini, clariſſ: regis Northumbrorum.

Mortuo Edwino, rege Northanhumbr: ſucceſſerunt ei 2. reges, quorum unus filius patrui ſui Elfrici erat Oſricus nomine. Alter filius Ethelfridi, qui ante Edwinum regnaverat, dictus Enfridus. Hii Northanhumbr: gentem, ſecundum quod antiquitus erat, in duas provintias dividentes, Oſricus, Oſwini pater, regis Deyorum, & Enfridus Berniciorum, ſibi gubernacula quaſi ſucceſſionis jure vendicarunt.

Oſwinus adoleſcens, interfecto à Ceadwallo rege Oſrico, * exulavit per 10. annos apud occiduos Saxones.

Cedwalla tyrannice uno anno Northumbr: reg: gubernavit.

Oſwaldus, Enfridi frater, ex Accha, ſorore regis jam dicti Edwini, progenitus, devicto Ceadwallæ exercitu apud Deniſiburnam, non ſolum fratris Enfridi ſucceſſor fuit in reg: Berniciorum, ſed quaſi Edwino avunculo ſuo ab inteſtato ſuccedens, per novem annos utramque in unam Northanhumbr: redigens, ſumma cum æquitate rexit.

Interfecto Oſwaldo à Penda rege apud Maſerfelde, ſucceſſit ei frater ejus nothus Oſwi, juvenis 30. agens annum, regnumque per annos 28. laborioſiſſime rexit.

Oſwinus, teſte Beda, aſpectu venuſtus, ſtatura ſublimis, affatu jucundus, moribus civilis, & manu largus.

Oſwinus regno Deiorum 7. annis max: rerum omnium affluentia præfuit.

Aidanus pont: Lindisfar: familiariſſ: Oſwino.

Diviſio reg: Northumbr: cauſſa odii inter Oſwi & Oſwinum.

S. Aidanus epiſcopus ſtudebat conciliare animos Oſwi & Oſwini. Pag. 178.

Exactis in regno 7. annis quiete, duos poſtremos inquietos habuit. Nam Oſwi omnibus modis agebat, ut, extincto Oſwino, ſolus in Northanhumbr: regnaret.

Oſwinus cum exercitu occurrit Oſwio in Wilfareſdune, ſed poſtea volens declinare effuſionem ſanguinis, noctu, ſolo comitatus Tondhere, Tylſii filio, in Gethlingum ſeceſſit ad domum Hunwaldi ducis, cui prædictum vicum & multa alia prædia donaverat, atque ab hoc fidum ſibi autumaverat.

Hunwaldus Oſwinum prodidit Oſwio.

Oſwius clam noctu Ethelwinum, domus ſuæ procuratorem, ad Hunwaldi domum cum armata manu miſit, qui eo veniens Oſwinum interfecit.

Tilſius, Tondheri pater, Oſwinum, impotem juvenem, in domo ſua nutrivit & docuit.

Oſwinus à latere perfoſſus lancea obiit anno reg: ejus nono, 13. Cal. Septembr: in loco, qui dicitur Gethlingum, anno D. 651°.

Tondhere, Tilſii filius, obtulit ſe pro Oſwino percutiendum, & poſtea cum rege ſuo occiſus eſt. Sic Lilla, regis Edwini miles, ſicarii dolum prævidens, ſeſe mucroni fideliter oppoſuit, [a] dominum ſuum liberans, viriliter occubuit.

Regina Eanfleda, propinqua Oſwini, poſtulavit à rege Oſwi, ut donaret ibi locum monaſter: conſtruendo. Quo conceſſo, conſtructum eſt in Gethlingo monaſterium, cui præfuit Trumhere jure abbatis, vir nat: Angl: ſed ordinatus & edoctus à Scottis, qui & propinquus erat regis occiſi. Qui vero poſtea ſub rege Wulphero in provint: Merc: Lindisfarorum & mediterraneûm Anglorum epiſcopus effectus eſt.

Pag. 179. Corpus Oſwini ab eis, qui truncaverant, delatum eſt ad oſtium Tinæ flu: ibique in oratorio S. Mariæ ſepulturæ traditum. In quo loco virorum illuſtrium mag: multitudo congregata erat, qui ſub ordine regulari divino cultui ſerviebant. Qui quidem in tantam excreverat honoris eminentiam, ut ſi quis per infra jacentem provint: in fata conceſſiſſet, ad eundem locum pro reverent: & honore religioſæ gentis tumulandus deferretur.

Hynguar & Hubba hoc monaſter: deſtruxerunt. Monachi metu perſecut: fugerunt ad quandam eccleſiolam in fundo ſuo, quam S. Cuthebertus dedicaverat. Quo comperto, Dani ipſam eccl: & omnes qui in ea erant, igni ſuccenderunt, & omne loci nobilis ædificium in campi planitiem redegerunt.

S. Aidanus epiſcopus non plus quam duodecim dies poſt occiſionem regis Oſwini, quem amabat, ſuperfuit, id eſt, prid: Cal: Septembr: de ſeculo ſublatus.

Ex libello de tranſlatione S. Oſwini.

Oſtium Tinæ flu: locus ab incolis regionis ob eminentis rupis ſecuritatem ab hoſtibus celebrius frequentatus.

Jacuit pene neglectum corpus Oſwini regis uſque ad tempora Toſtii comitis, & Egelwini epiſcopi.

Erat autem Toſtius ducis Cantiæ Godwini filius comes Northanhumbr: Sywardo comiti ſuccedens, non teſtamenti beneficio ſed S. Edwardi regis dono.

Eadmundo

Oſwinus martyr apparuit in ſomnis ædituo veteris eccl: S. Mariæ de Tinemuth.

Juditha, uxor Toſtii comitis, perſuaſit Egelwino, ut quæreret Oſwini corpus.

[a] *F.* dominumque ſirum.

Inventio

Inventio corporis S. Oſwini martyris anno ab ejus paſſione 414. anno D. 1065. quinto Id. Martii.

Anno eodem quo corpus S. Oſwini tranſlatum eſt, Thoſtius comes, Angl: reg: expulſus, apud Balduinum, Flandrenſem comitem, cujus filiam ſibi matrimonio copulaverat, exulavit. Et ſequenti anno Haroldi, regis Angl: & fratris ſui, gladio cum Norreganorum rege Haroldo in loco, qui tunc Stanfordbrid, nunc vero Pons belli dicitur, occiſus eſt. Pag. 180. Stene-forde. Pons belli.

o

Thoſtio comite præſcripto, hereditas ejus ad fiſcum devoluta eſt.

Gul: rex dedit comit: Northumbr: Rodberto de Mulbray, viro ſtemmatum longa ſerie generoſo, ſtatura quidem procero, & militaris probitatis elegantia glorioſo.

Rodbertus Mulbray cœpit Oſwinum excolere, & eccl: in qua ejus corpus requieſcebat, quia infra ambitum ejus caſtri de Tinemuth erat fundorum & prædiorum copia, donavit, & monachos de S. Albani monaſter: aſſumptos inibi collocavit. Cujus tamen monaſter: de Tinemuth initia, ut dicitur, comes Thoſtius jecerat à fundamentis. [Tinmouth monaſter: fundatum.]

Corpus Oſwini tranſlatum in novum monaſterium de Tinemuth anno D. 1110. 13. Cal. Septembr.

Inſula Coquedi flu: oſtiis præjacens diſtat 20. paſſ: mil. à Tinemuth.

Novum caſtellum olim Monkeceſter dicebatur.

Rodbertus tribunus militum Gul: baſtardi regis.

Nigellus de Albeneio unus ducum Gul. regis cum eſſet in partibus Northumbr: Nigellus de Waſte miles in eodem comitatu propinquus & charus Nigello Albencio.

Lelandus.

Nigellus duxit filiam & heredem Mulbreiorum, unde, relicto Albenei nomine, ille & ejus progenies Molbreii dicti.

Leowricus puer regnante Stephano piſcator in monaſter. S. Oſwini inter piſcandum Scardeburgæ captus, quo tempore Ranulphus, comes Ceſtrenſis, ſummo mane ſupervèniens, die quadam villam ipſam de Scardeburg armata manu confregit, & rapinis vaſtavit, ac inter ceteros captivos Leowricus Maltonam in vinculis ducitur &c. Ut Leowricus ope S. Oſwini liberatus ſit à vinculis.

Ruelendus prior de Tinemuth. Pag. 181.

Robertus de Gorham abbas S. Albani.

Faramannus inſtitor novi caſtelli.

Potentum de Northumbr: potentiſſ: Odinellus de Umframvilla ad caſtelli ſui reſartienda tecta indebitis exactionibus vicinos ſuos compellebat, & [a] in ceteros colonos maxime S. martyris Oſwini. Auſum autem tanti ſceleris fovebat impunitas, hinc quia Odinellus præpotens erat, hinc quia filiam

[a] An inter ?

ejus matrimonio ſibi copulaverat, qui magiſtratus regios in Angl: gerebat, cujus autoritate talia præſumebat.

Erat autem in Colebrigia civitate ſatelles regius, qui nec deum timebat, nec S. martyrem Oſwinum reverebatur. Hunc juſſit Odinellus ruſticorum de Wilum poſſeſſiones invadere. Erant enim coloni S. marty: Oſwini de Tinemuth, & non longe diſtabant à caſtello, ut vel ſic eos compelleret venire ad ædificationem caſtelli.

Gervaſius, abbas Weſtmonaſter: Stephani, regis Angl: filius.

Steneleia villa.

Boldune villa.

Villa de Edenesburc.

Pag. 182. vacat.

Pag. 183. Henricus comes de Lancaſter & de Leyceſter ſeneſcallus Angl:

Gul:de Brewouſe dominus honoris de Brembre & de Gower.

Aimer de Valaunce counte de Penbroke,dominus de Weins & de Montinakes.

Ex regiſtro Henrici Prioris [a].

Secunda combuſtio Cantuar: eccleſiæ anno D. 1174.

Initium ord: Prædicatorum anno D. 1200.

Initium ord: Minorum anno D. 1210.

Tranſitus Di. Edwardi, filii Henr: 3. verſus terram ſanctam anno D. 1269.

Nativitas Gilberti, filii comitis Glovern: VII. Id. Maii anno D. 1291.

Obitus Gilberti, comitis Glovern: 8. Id: Julii anno D. 1295.

Obitus Petri Gaverſton 13. Cal: Jul: anno D. 1312.

Obitus Gilberti, filii Gilberti, comitis Gloverniæ 8. Cal: Jul: anno D. 1314.

☞ Caſſatio ordinis templariorum in concilio Viennenſi prid: Non: Maii anno D. 1312.

Obitus Thomæ,comitis Lancaſtre,11.Cal:Apr:anno D.1321.

Obitus Edmundi, comitis Arundel, 15. Cal: Decembr: anno D. 1326. Obitus Hugonis, filii Hugonis, Diſpenſar 8. Cal: Decembr: eodem anno. Obitus Hug: Diſpenſar, comitis Wintoniæ, 8. Cal: Decembr: eodem anno.

Obitus R. de Mortuo Mari, comitis March: apud Weſtminſter vigil: S. Andreæ anno D. 1330.

Bellum navale apud Suyne in feſto nativit: S. Joan: Bapt: anno D. 1340.

Bellum de Creſcy 20°. Aug: anno D. 1346.

Pag. 184. *Obitus quorundam archiepiſcoporum Cantuar:*

Obitus Di. Roberti Winchelſey, archiepiſcopi Cant: apud Oteford 5. Id. Maii anno D. 1313.

[a] Cant: *ſubintelligendum.*

Ob:

Ob: Walteri Reynold, archiepiſcopi Cant: apud Mortelak 16. Cal. Decembr. anno D. 1327.

Ob: Simonis Mepham apud Maghefeld 12. menſ. Octobr: anno D. 1348.

Ob: J. de Offord Cantuar: eccl: electi, confirmati apud Totenhaule 20. Maii anno 1349.

Ob: Thomæ Bradwardine 26. Aug. anno D. 1349.

Ob: Simonis Iſelep 26. Apr. apud Maghefeld anno D. 1366.

Memorandum quod fratres Minores anno D. 1224. introierunt Angl: & benigne à rege Henr: ſunt ſuſcepti, & Cantuar: collocati fuerunt in Wyzch: & London: apud Cornehul.

Et anno D. 1269°. & anno ſequenti Joannes Digge emit inſulam vocatam Bynnewyzth in Cantuaria, & locum portæ ſuper Stoneſtrete ad opus fratrum Minorum,& tempore oportuno tranſtulit fratres in illam.

Nomina archiepiſcoporum Cantuar: Pag. 185.

Auguſtinus ſedit 16. annis. Vacatio nulla; quia vivens ordinavit Laurentium.

Laurentius ſedit 5. annis. Vacatio nulla; quia Mellitus ſtatim ſucceſſit.

Mellitus 5. annis. Vacat: n.

Juſtus 13. Vacat: n.

Honorius 18. Vacat: anno 1. menſ: 6.

Deus dedit 10. annis. Vacat: 3. ann:

Theodorus 22. Vacat: an: 1.

Brightwaldus 37: menſ: 6. diebus 14. Vacat: n.

Tatwinus 3. Vacat: n.

Nothelinus 5. annis. Vacat: n.

Cuthbertus 17. Hic primus in eccl: ſua ſepultus, & omnes ſucceſſores præter Jambrithum.

Bregwinus 3. ann: Vacat: n.

Jambertus 27. Vacat: n.

Adhelardus 13. Vacat: n.

Wulfredus 38. Vacat: n.

Pleogildus 3. menſ: Vacat: 2. ann.

Eolnohetus 11. Vacat: n.

Æthelredus 18. Vacat: 2. ann.

Pleſemundus 34. Vacat: n.

Aldehelmus 9. Vacat: n.

Wulfelinus 13. Vacat: n.

Odo 24. Vacat: n.

Dunſtanus 27. Vacat: n.

Æthelgarus 1. menſ. 3. Vacat: 1. ann:

Siricus 5. Vacat: n.

Aluricus

Aluricus 11. Vacat: n.
Elphegus 6. menſ. 8. Vacat: 1. ann:
Livingus 7. Vacat: n.
Egelnothus 18. Vacat: n.
Eatſinus 11. Vacat: n.
Robertus 2. Vacat: 2. ann:
Stigandus 17. Vacat: 2. ann: Iſte primus in habitu clericali archiepiſc: ſuſcepit, & poſtea 3. de cauſſis per cur: Ro: depoſitus: primo, quia exulante Roberto archiepiſc: una cum epiſcop: Winton: ſuſcepit. 2°. quia pallio Roberti uſus eſt. 3°. quia pallium emit à quodam apoſtata, qui ſe geſſit pro papa.

Pag. 186. Lanfrancus 19. Vacat: 5. ann:
Anſelmus 16. Vacat: 5.
Radulphus 8. menſ: 6. Vacat: ann: 1. menſ: 1. d: 16.
Gulielmus 13. menſ: 9. Vacat: ann: 1. menſ: 1. d: 14.
Theobaldus 22. menſ: 4. Vacat: ann: 1. menſ: 1. d: 16.
Thomas 8. menſ: 6. d: 18. Vacat: 2. ann: menſ: 5. d: 28.
Richardus 10. ann: menſ: 13. d: 16. Vacat: ann: 1. menſ: d: 30.
Baldewinus 5. ann: menſ: 11. d: 5. Vacat: 2. ann: menſ: 11. d: 4.
Hubertus 11. ann: menſ: 8. d: 6. Vacat: ann: 1. menſ: 11. d: 4.
Stephanus 21. ann: d: 23. Vacat: ann: 1. menſ: 4. d: 23.
Richardus Magnus 2. ann: Vacat: ann: 1. ebdom: 18.
Edmundus 8. ann: Vacat: 3. ann: menſ: 2. d: 3.
Bonifacius 26. ann: menſ: 6. d. 18. Vacat: 2. ann: ebdom: 10. d: 3.
Robertus de Kilwarby circiter 6. ann: Vacat: 44. ſept: d: 3.
Frater Joannes de Peccham 13. ann: ſept: 45. d: 5. Vacat: ann: 1. menſ: 9. d: 16.
Robertus de Winchelſey 18. ann: menſ: 8. d: 17. Vacat: per 8. menſ: & d: 19.
Walterus quondam Wigorn: ſedit 13. ann: menſ: 11. d: 3. Vacat: 6. menſ: 3. ſept: d: 1. uſque 6. Cal: Ju: anno D. 1328.
Simon de Mepham 5. annis, menſ: 4. d: 17. Vacat: 4. menſ: d: 10. uſque ad 11. d: Febr: anno D. 1333.
Joannes quondam Winton: epiſcopus 14. ann: menſ: 6. 3. ſept: d: 4. Vacat: 3. menſ: & 11. d: uſque ad 26. Novembr: anno D. 1348.
Joannes de Ufford electus Cantuar: ſedit confirmatus 6. menſ: & 6. diebus. Vacat: 2. menſ: d: 3. uſque ad 18. Jul: anno D. 1349.

Pag. 187. Thomas Bredwardine ſedit 5. ſept: d: 4. Vacat: menſ: 4. d: 2. uſque ad 18. diem Decembris anno D. 1349.
Simon de Iſelepe 16. ann: menſ: 4. d: 13. uſque ad 26. Apr: anno D. 1366. Vacat: menſ: 6. ſept: 3. d: 4. videlicet à 6. Cal: Maii uſque Nonas Septembr: anno ſupradicto.
Simon de Langham primo abbas Weſtmonaſter: 2. epiſcopus

pus Elienſis, 3. archi: Cantuar: ſedit 2. ann: ſept: 3. uſque ad 5. Cal: Decembr. anno D. 1368. Hic vero electus ab Urbano 5. in presbyterum Card: 10. Cal: Octobr: anno prædicto, & 5. Cal: Decembr: anno prædicto dimiſit juriſdict: Cantuar: eccl: Sedes vacat 7. ſept:

Gulielmus de Whiteleſey, epiſcopus Wigorn: tranſlatus ad Cantuar: per Urbanum 5. ſedit 5. ann: 8. menſ: diebus 14. qui obiit 8. Id: Jun: anno D. 1374. Vacat: 11. menſ: 3. ſept: d: 3. uſque ad 4. No: Maii anno D. 1375.

Tunc venit Simon de Sudbyri, primo epiſcopus London, tranſlatus per Gregorium 8. ad Cantuar: eccl: ſedit 6. ann: 5. ſept: 6. d: & 13. Junii, & anno Domini 1381. juxta turrim Londini per populum, contra dominos inſurgentem, decapitatus fuit. Sedes vacat 6. menſ: 2. ſept: d: 5.

Gulielmus Courteney, filius comitis Devoniæ, primo epiſcopus Herefordenſis, 2°. London: 3°. Cantuar: ſedit 15. ann: 5. ſept: d: 5. Vacavit ſedes 7. ſept: & d: 1.

Thomas Arundel, filius comitis Arundele, 1°. epiſcopus Elienſis, 2°. archiepiſcopus Ebor: 3°. Cantuar: Sedit 18. ann: uſque 11. Cal: Mart: anno D. 1413. Vacavit ſedes anno prædicto uſque ad 11. Cal: Mart:

Succeſſit Henr: Chicheley, antea epiſcopus Meneven: 12. d: Mart: anno D. 1413.

Nomina Sanctorum requieſcentium in Cantuar: eccleſia. Pag. 188.

Martyres.
Sanctus Ælphegus.
Sanctus Blaſius.
Sanctus Salvius.

Confeſſores.
Sanctus Dunſtanus.
S. Odo.
S. Wilfridus.
S. Anſelmus.
S. Audoënus.
S. Cuthebertus.
S. Athelardus.
S. Bregwinus.
S. Plegmundus.
S. Alfricus.
S. Athelgarus.
S. Ciricus.
S. Wulfredus.
S. Athelredus.
S. Wulfelmus.
S. Celnothus.
S. Fleogildus.
S. Athelinus.
S. Wulganius.
S. Siburgis virgo.
S. Lanfrancus.
Ediva regina.

Edwardus 3. conceſſit Simoni Iſelep, epiſcopo Cantuar: ut uniret prioratum de Dovor prior: eccl: Chriſti Cantuar: hac lege, ut nullus eſſet prior de Dovor, niſi ex numero monach: Cantuar:

Henricus 3. charta ſua conceſſit, ut liceret epiſcopo Cantuar: teſtamentum condere.

E quodam

a Hac voce utitur Plin. N. H. XXXVI. 25. Romæ [pavimentum] ſcalpturatum in Jovis Capitolini æde primum factum eſt poſt tertium Punicum bellum initum. *Ex Eliota interpretatione conſtat eum pavimentum ſcalpturatum à teſſellato non diſtinxiſſe. Alii etiam non diſtinguebant. Teſſellatum nimirum à teſellis ſive cruſtis parvulis, ſcalpturatum vero ab ipſis inſtrumentis vocabatur. Ad me quod attinet, exiſtimo ea pavimenta proprie vocari ſcalpturata, quæ non tantum paullo elegantiora eſſent facta, verum etiam deorum, hominum, animaliumque figuris ornata; barbarica proinde item nominanda, ſicut è Plinio ipſo colligimus. Sed quale demum fuerit pavimentum ſcalpturatum è pavimenti Stunsfeldiani tabula noſtra accuratiſſima longe facilius erui poteſt, quam è verbis ullis in medium à nobis hic loci proferendis.*

Tama,

Tama, the ſwelling in the legge with bloode cummyng down.

Taphiæ & Taphus, an iſle by Grece.

Taphius, a city in Ægypte.[a]

Taphnii, the people of that citie.

Taphos in Greke, a ſepulchre.

Taua, Tynmouth yn Englande.

Telamones, images that bere up pillers or poſtes.

Tempe in Theſſalia, pleaſaunte places.

Terginus, a, num, of a beſtes hyde.

Terminalis lapis, a mere ſtone.

Teſſerarius, he that givith the watche worde.

Tetrarcha, the ruler of the fourth parte of a reaulme.

Thera, a citie by Athenes. Pag. 250.

Toliapis, the iſle of Tenet in Kente.

Toparcha, he that hath the rule of one place.

Trigopogus, a barbelle.

Trahax, a covetouſe perſonage.

Tranſenna, a loope to looke oute at.

Trecæ, a citie in Champayne.

Treva, a cite in Alemaine caullid Hamburg.

Trigla, as Eliot ſuppoſith, a ſore mullet.

Tueſis, the ryver caullid Twede, which devidith England from Scotteland. It is alſo the towne caullyd Berwike.

Tumultuarii milites, ſouldiers taken at a ſhifte with out muuſters.

Vageni, a people dwelling emong the montaines caullid Alpes.

Valetudinarium, a place wher ſik men ly.

Vallonia, the gooddes of the vale.

Varar, Dunbar in Scottelande.

Vaſcularius, a potter.

Vectis, the iſle of Wichgte.

Vedra, the ryver of Were in Wales.

Venta, an haven in Englande caullyd Briſtow.

Veredarius, a meſſenger by poſte.

Veredus, a light horſe or hunting nagge.

Veterinarius, he that lettith horſes to hyer.

Vietor, a cowper.

Vindenii fluminis oſtia, Dyrdaugh in Irelande.

Vinetum, a vineyard.

Viretum, a grene place.

Vitrinus, of glaſſe.

Urbicula, a litle cytie.

Vulnerarius, a chirurgian.

[a] L. Taphnis.

Utricularius, a bagge piper.
Uxella, Crokene welle in Devonſhire.
Uxellum, Weſtecheſter.

Pag. 251, 252. vacant.

Pag. 253.

Guldeford.

Fizacer ſuper 4m. Sententiarum.
Vita S. Germani, ſoluta oratione.
Expoſitio Trivet ſuper regulam Auguſtini.

Waverley.

Gulielmus Giffard, epiſcopus Wintonienſis, inchoavit cœnobium de Waverley; Nicolaus Heli, epiſcopus Wintonienſis, conſummavit, ibidemque ſepultus eſt.

Ex prologo cujuſdam autoris, qui egregium librum ſcripſit de vita Sci. Thomæ:

Herebertus de Boſham, Joannes Carnotenſis, Gulielmus Cantuarienſis, Alanus abbas Teukesbirienſis ſcripſere vitam Sancti Thomæ, & ei familiarius in vita adhæſere.

Liber Heraclidis de vitis patrum ad Lauſum, præſidem palatii.

Sermones Odonis, abbatis de Bello. Liber deſiderabatur.

Eulogium Joannis Cornubienſis de homine aſſumpto ad Alexandrum papam tertium.] liber nuſquam ibi comparuit, niſi in indice.

Epiſtola Bedæ ad Vecteum de æquinoctio.

Liber Roberti, prioris Sanctæ Fredeſwidæ, de connubio Jacobi. Sed nec hic liber uſquam elucet. Fortaſſe hic eſt Robertus Crikelandenſis, qui collegit flores Plinii, quorum exemplar eſt Hartlandiæ.

Hida.

Vita Cutheberti. Lucanus.

Alexander Necham, canonicus Cirenceſtriæ, ſcripſit librum de laude ſapientiæ, heroico carmine, qui ſic incipit: "Gloria majeſtas." in quo ſubinde aſſurgit tantum non ad juſtam eloquentiam.

Ænigmata Simpoſii.

Septem primos verſus in primo Lucani libro dicitur Seneca, vel avunculus, vel frater illius addidiſſe.

Sudwic.

Cœnobium de Sudwic olim ſedem habebat in ipſo caſtello de Portceſter.

Henricus Huntingdunenſis.
Beda de die juditii.
Hiſtoria Bedæ Saxonice.

Monaſterium S. Dionyſii.

Quinquaginta Omeliæ, autore Beda.

Letley.

Letley.

Rhetorica Ciceronis.

Bellus locus, fundatore Joanne rege. Pag. 254.

Edmerus monachus de vita Anſelmi Cant. ſic incipit: "Inſtituta vitæ." Erat in eodem libro vita Wilfridi epiſcopi, neſcio an ab eodem autore edita. Sic incipit: "Anno igitur ab incarnatione."

Stephanus ſuper Eccleſiaſticum.

Stephanus ſuper libros regum.

Stephanus ſuper parabolas Salomonis.

Joannes abbas de Forda ſuper cantica Cant:

Damaſcenus de geſtis Barlaam & Joſaphat.

Libellus Candidi Arriani.

Libellus Victorini rhetoris contra Candidum.

Tres libri Claudiani de ſtatu animæ ad Sidonium Apollinarem.

Giſſlebertus ſuper epiſtolas Pauli.

Marmor in eccleſia ab homicida vulneratum ferro.

Elizabeth

Prima uxor Richardi, ducis Cornubiæ & imperatoris, ſepulta in choro.

Cor Ricardi ibidem ſepultum marmore.

Chriſtes chyrche Twynham.

Stephanus rex permiſit canonicis regularibus, ut in locum irregularium ſuccederent.

Leges aliquot regum Saxonice.

Ex altera parte Avona defluit in mare, ex altera Stowr.

Twynburne.

Manent murorum veſtigia, & quatuor ſacella reliquiæ quatuor eccleſiarum parochialium.

Burne ex altera parte præterlabitur, ex altera Stowre, qui flu. fontes capitales habet non procul à Stowr towne.

Cuthburga, filia Kenredi, ſepulta apud Twynburne.

Athelſtanus rex ibidem in cryptis ſepultus.

Ubi nunc eſt domus Decani olim fuit monaſterium Veſtalium.

Abbatesbyri.

Orkus, œconomus Canuti regis, expulſis canonicis ſecularibus, introduxit monachos. Sepultus eſt ibidem cum Thola conjuge.

Paſchaſius Radbertus ſuper lamentationes Hieremiæ.

Stephanus Cantuarienſis ſuper Eſaiam.

Smaragdi diadema.

Pars veteris teſtamenti Saxonice. Pag. 255.

Albinus de Trinitate ad Carolum Magnum.

Proſper

Proſper de vita contemplativa & activa.

Shireburne.

Adam Berchingenſis, monachus Sireburnenſis, de divina & humana natura carmine, ſed rithmico.

Idem ſuper quatuor evangelia ad Joannem, canonicum ſoluta oratione.

Saresbirienſem.

Idem de ſerie ſex ætatum carmine rithmico, quod ſi in doctum incidiſſet ſeculum magnus in utroque ſcribendi genere evaſiſſet.

Gulielmus (forſan Meldunenſis) de vita Dunſtani ad Henricum, abbatem Glaſconienſem.

Claudius ſuper Matthæum, ſcriptus literis Longobardicis.

Duo reges Sireburnæ ſepulti olim ubi nunc fundamenta ſummi altaris.

Monachi Sireburnenſes expulſis clericis ſupervenerunt.

Aldelmus de virginitate.

Liber variarum Caſſiodori.

Vita Sancti Germani, carmine heroico, autore Eirico.

Vita Swithuni, carmine heroico.

Sedulii carmen Paſchale.

Mons acutus, Britannice Brent cnolle, i. e. ranarum mons vel collis.

Mons acutus ex re nomen ſumpſit. Cœnobium ibi fundavit comes Moritonius, qui ſepultus eſt Bermundeſeiæ.

Paſchaſius de ſeptem ſacramentis.

Forda ex fundatione Curteneiorum.
Ex quodam veteri libro.

Sis licet Anthenis Polyphemus, maximus Atlas,
Laurigeros de me noli ſperare triumphos.

☞ Omeliæ Gileberti, epiſcopi Herefordenſis.

Decem libri Clementis papæ de vera diſputatione beati Petri contra falſitatem Simonis Magi apud Cæſaream.

Stephanus Cantuar: ſuper Eſaiam.

Stephanus Cantuar: ſuper libros regum.

Notulæ Stephani Cant: ſuper Pentateucum.

Pag. 256. Joannis, abbatis Fordenſis, omeliæ centum & viginti.

Joannes Fordenſis ſuper Hieremiam. Floruit temporibus Joannis regis, cui fertur fuiſſe à confeſſionibus.

Antidotarius Nicolai in re medica.

Iſidorus de viris illuſtribus.

Neunam.

Axus flu. præterlabitur, & in mare ſe exonerat apud Axmowth.

Dunkeſwel.

Epiſtolæ Symmachi.

Exceter,

Exceter, in bibliotheca canonicorum.

Dialogus Barptolemæi, epiſcopi Exonienſis, contra Judæos, ad Baldewinum, epiſcopum Wigornienſem. Sic incipit: "Omnis fides catholica."

Lectiones Nicolai Torneacenſis ſuper Lucam.

Compendium medicinæ.
Compendium ſuper libros Aphoriſmorum.
Expoſitio ſuper eundem, autore Gilberto Anglico.

Chronica Ivonis Carnotenſis.

Alcuini liber ad Guidonem comitem.

Itinerarium Antoni martyris de terra ſancta, à quodam comite ejus ſcripta.

Beda ſuper epiſtolas canonicas.

Beda de tabernaculo, vaſis ejus, ac veſtibus.

Apologia Rufini ad Anaſtaſium papam.

Epiſtola Eutherii de ſitu Judææ.

Quæſtiones Roberti Kilwardeby de conſcientia.

Frater Richardus Ringeſtede Oxonienſis achademiæ ſuper 29. capitula parabolarum Salomonis.

Wyclyf de mandatis.

Defenſorium dotationis eccleſiæ Richardi Ullerſtone Oxonienſis. Pag. 257.

Wyford contra Wiclevum.

Beda ſuper Apocalypſim.

Auguſtinus de adulterinis conjugiis.

Novem libri epiſtolarum Sidonii Apollinaris.

Ejuſdem Panegyrici multi carmine.

Rabanus ſuper Leviticum.

Quodlibetum fratris Johannis Peccham.

Introductorium Baconis ad Clementem papam. Sic incipit: "Sanctiſſimo patri domino Clementi."

Bacon de aſpectibus lunæ ad alias planetas.

Bacon de victoria Chriſti contra Antichriſtum. Sic incipit: "Nec ſum propheta, nec filius prophetæ."

Bacon de copia vel inopia cujuſcunque hominis ex nativitate ex horis ſolis in 12m. ſignis. Hic liber exciſus erat.

Exoniæ apud Prædicatores.

Kilwardeby ſuper Sententias.

Shirwood ſuper Sententias.

Lectura Holcot ſuper Sententias.

Stephanus Cantuar: ſuper Cantica Canticorum.

Concordia quatuor evangeliſtarum, autore Clemente Lantonenſe. Sic incipit: "Quæris qua fretus autoritate."

Totenes.

Hiſtoria evangelica.

Dart. flu. præterlabitur Totenefium.

Bukfeſt.

Bukfeſt.

Trivet ſuper tragœdias Senecæ.

Triveti hiſtoria ab initio mundi uſque ad nativitatem Chriſti ad Hugonem de Engoliſma, archidiaconum Cantuar:

Lectura Blencot ſuper quartum Sententiarum.

Pag. 258. Kilwardeby de conſcientia & ſyndereſi.

Quæſtiones Joannis Sutton.

Quodlibeta Joannis Sutton.

Quæſtiones Gaynesburg.

Quæſtiones Gilberti Segrave.

Quolibeta ejuſdem.

Univerſalia magiſtri Sharpe ſuper libros Phiſicorum.

Quæſtiones Gulielmi Slade abbatis de Bukfeſt de anima.

Quæſtiones ejuſdem ſuper 4or. libros Sententiarum. Vixit tempore Ricardi 2i.

Cœnobium de Bukfeſt olim incepit per fratres quos appellabant Gryſæos. deinde admiſit Bernardinos.

Beda de nominibus regnorum.

Flores Moralium Gulielmi Slade.

Joannes abbas de Forda de contemptoribus mundi.

Stephanus Cantuar. de benedictionibus & maledictionibus datis in monte Ebal.

Groſteſt ſuper decem præcepta.

Plymton.

Ricardus Fizaker ſuper parabolas Solomonis.] *Multiplici ratione audiendum.*

Omeliæ decem Cæſarii ad monachos.
Omeliæ octo Euſebii Emiſſeni.
Sex libri beati Effrem ad monachos.

Alexfacus de Diis gentilibus.

Diætæ univerſales Iſaac.

Bukland.

Pag. 259. *Taveſtoke.*

Kilwardeby ſuper libros Priorum.

Linconienſis ſuper libros Poſteriorum.

Eulogium Joannis Cornubienſis ad Alexandrum papam.

Conſtantinus Aphricanus, monachus Caſſinenſis, de re medica.

S. Rumonus ſepultus apud Taveſtoke.

Ex vita Rumoni.

Rumonus genere fuit Scotus Hibernienſis.

Nemea

Nemea ſylva in Cornubia pleniſſima olim ferarum.
S. Rumonus faciebat ſibi oratorium in ſylva Nemæa. Nemea ſylva.
Falemutha.
Ordulphus, dux Cornubiæ, tranſtulit oſſa Rumoni Taveſtochiam.

Hartland, à multitudine cervorum ſic dicta.

Liber de re medica. achephalos.
Roberti Crikeladenſis, prioris Oxoniæ, libri ſeptem de Floribus Plinii inſtar epitomatis.
S. Nectanus martyr Hartlandiæ ſepultus.

Ex vita S. Nectani.

e
Brochannus, regulus Walliæ, à quo Brocchannoc provincia nomen ſumpſit, ex Gladwiſa uxore viginti quatuor filios & filias genuit, quorum hæc ſunt nomina: Nectanus, Joannes, Endelient, Menfre, Dilic, Tedda, Maben, Wencu, Wenſent, Merewenna, Wenna, Juliana, Yſe, Morwenna, Wymp, Wenheder, Cleder, Keri, Jona, Kananc, Kerhender, Adwen, Helie, Tamalanc. Omnes iſti filii & filiæ poſtea fuerunt ſancti martyres vel confeſſores in Devonia & Cornubia, vitam heremiticam agentes.

Barſtaple.

Clyffe. Pag. 260.

Taunton.

Chronicon Ivonis.
Philaretus de pulſibus.
Theophilus de urinis.

Glaſtenbyri.

Citatur in veteri quodam codice liber Melchini, qui fuit ante Merlinum, ubi recitat ejuſdem Melchini verba de cœmiterio ſancto veteris eccleſiæ Glaſconienſis.
Speculum Giraldi Cambrenſis.
Præter hiſtoriam, quam de regibus ſcripſit Gulielmus Malmes. vidi adjectos in fine veteris codicis tres libellos titulo novellæ hiſtoriæ, id eſt, temporum Matildis imperatricis, ab ipſo Malmesb. ſcriptos.

Expoſitiones ſuper evangelia, autore Clemente Lantonenſe, excerptæ ex patribus doctoribuſque.

Caſſianus contra Neſtorium.

Apologeticus Gregorii Naſanzeni interprete Rufino.

De unitate monachorum.

Altercatio inter eccleſiam & ſynagogam.

Liber epiſtolarum Fulberti.

Epiſtolæ Lanfranci.

Grammatica Euticis, liber olim S. Dunſtani.

Pag. 261. *Ex charta quadam rotunda de laudibus Arturii.*

Meldunenſis facit mentionem Arturi.

Scriptor vitæ Gildaicæ facit mentionem Arturi.

Vita Paterni facit mentionem Arturi.

☞ Oſſa Arturi levata erant ex ſacro cimiterio anno domini M. centeſimo octuageſimo nono per Henricum Sully, Glaſconiæ abbatem.

Epitaphium Arcturi.

Hîc jacet Arturus, flos regum, gloria regni,
Quem morum probitas commendat laude perenni.

Ferrandus, diaconus Carthaginenſis, ad Reginum comitem, qualis eſſe debeat dux religioſus in actibus militaribus.

Vita S. Guthlaci, Beda (ut opinor) autore.

Carmina Hubaldi de calvitie.

Vita Wilfridi epiſcopi, autore Stephano presbytero, motore ad tam ſanctum opus Acca epiſcopo, & Tathberto abbate.

Omelia Bedæ in . . . . . Benedicti abbatis.

Hiſtoria Girwicenſis cœnobii, cum vita Benedicti & Ceolfridi abbatum.

Vita Wilfridi carmine heroico, autore Odone archiepiſcopo Dorubernenſi.

Didymus de ſpiritu ſancto.

Topographia Hiberniæ, autore Giraldo Cambrenſi.

¶ Vita Merlini Sylveſtris carmine, ſcriptore Galfredo Monemutenſi.

Hiſtoria Triveti de regibus.

Maurus de laude crucis, cum commendatione Albini carmine ſcripta.

Albinus de ſacrario dei, quod eſt virgo Maria, quanquam carmina rithmica in fine libri arguunt alterius eſſe quam Albini.

Ænigmata Simpoſii, Aldhelmi, Euſebii, Tautuni. Leyland. Vide num legi poſſit, Tatwini?

Aldhelmus de virginitate, proſa & carmine.

Oroſius Saxonice.

Robertus abbas in librum de benedictionibus Jacob & Moſis ad Gutlandum monachum.

Rabanus

Rabanus de computo. Pag. 262.
Dictionarium Latino-Saxonicum.
Conſtantini Aphricani liber, cui titulus Pantecni.
Quinque libri Egeſippi hiſtorici.
Hiſtoria perſecutionis Aphricanæ, autore S. Victore epiſcopo.
Cathegoriæ Ariſtotelis, interprete Auguſtino.
Grammatica Smaragdi monachi.
Grammatica Erkenberti Diaconi ad Theotmarum epiſcopum.
Timæus Platonis, interprete Calchidio cum commentariis Joſio dedicatis.
Gulielmus Malmesbirienſis de antiquitate Gleſconienſi.
Vita Patricii,
Vita Indracti,
Vita Benigni,
Vita Dunſtani duobus libellis,
} autore Gulielmo Malmeſbirienſi.
Epiſtolæ Albini.
Tamerworth portus Cornubiæ in vita S. Indracti.
Ortographia Albini.
Dialectica Albini.

Wellys.

Architrenius Joannis Hawillenſis cum commentariis.
Beda de arte metrica ad Cuthbertum.
Mythologia Alexandri Necham.
Dantes tralatus in carmen Latinum.
Terentius pulcherrimus.
Liber Ermeneuticon.
Interpretationes Eucherii de nominibus Hebraïcis.
Ortographia Bedæ. Ibidem de numero juxta Latinos ac Græcos.
Mythologicon libri quatuor Joannis Saresbirienſis.
Rabanus de naturis rerum ad Lodovicum regem.
Proterii, Alexandrini epiſcopi, de quæſtione Paſchali, libellus ad Leonem, Ro. epiſcopum.
Iſidorus de temporibus mundi. Pag. 263.
Iſidorus de natura rerum.
Chronica Hermanni ab initio mundi ad annum domini CCCXLIX^m.
Gulielmi, cantoris Malmesbiriæ, libri 4^or. de miraculis Divæ Mariæ.
Chronica Gulielmi Neoburgi.
Chronica Walteri de Gisburn à Gulielmo ad Edwardum primum.
Liber Thomæ Bekingtoni de jure regis Angliæ ad regnum Franciæ.
Dialogi Gregorii Saxonice.
Sermones Alfrici Saxonice.

Sermones Leonis Papæ.

Chronica Martini pœnitentiarii.

Prognoſticon Juliani, epiſcopi Toletani, de futuro ſeculo.

Dockyngton ſuper Deuteronomium, Job, & Lucam.

Richardus Hampole ſuper Pſalterium.] *Magna ſpiritualis ſuavitatis jucunditas.*

Henricus de Haſſia ſuper dominicam orationem.

Joannes Waldeby ſuper orationem dominicam, ſalutationem ang. & ſymbolum.

Sermones Roberti Holcot de temporibus & ſanctis.

Repyngton ſuper evangelia dominicalia.

Utredus, monachus Dunelmenſis, de officio ſacerdotali & regali.] *Sicut ex duobus, ſ. ſpiritu ſcilicet & corpore.*

Rogeri Dymmok determinationes, Richardo 2°. dedicatæ.

Wydford contra hæreſes exortas tempore Richardi 2i. ad archiepiſcopum Cantuar.

Determinatio magiſtri Sharpe de ſacramento altaris.] *Multorum tam laicorum quam clericorum.*

¶ Gulielmi Wydford Franciſcani tres tractatus de dominio civili contra Wiclevum.

Nicolai Radclyf, monachi S. Albani, determinationes de Euchariſtia.

Wallenſis colloquium.] *Cum doctor, ſive prædicator evangelicus.*

Hexameron Linconienſis.

Linconienſis de cometa.

Linconienſis ſuper 4or. evangelia.

Notingham ſuper evangelia.

Herveus, Dolenſis eccleſiæ monachus, ſuper epiſtolas Pauli.

Gorham ſuper Pſalterium, Marcum, Matthæum, Lucam, Joannem, ſuper epiſtolas Canonicas, Apocalypſim, & Eccleſiaſticum, ſuper epiſtolas Pauli & actus Apoſtolorum.

Pag. 264. Joannis Chaundelarii, cancellarii Wellenſis, Apologeticus de ſtatu humanæ naturæ ad Thomam Bekingtonam, epiſcopum Bathon.

Ejuſdem orationes de laude Baiarum & Fonticulorum civitatum.

Ejuſdem 4or. epiſtolæ de laude Thomæ Bekingtoni, epiſcopi Bathon:

Ejuſdem aliquot opuſcula, continentia laudes & celebria facta Gulielmi Wycham, epiſcopi Winton:

Scripſit (ut illa ferebant tempora) docte & carmine, & proſa. Floruit circa tempora Edwardi 4i.

Bathe.

Iſagoge Joannicii.

Libellus Galeni ad Mæcenatem.] Tempora non conſpirant.

rant. Nam Mæcenas obiit antequam Galenus floreret. Niſi dicat aliquis, multos fuiſſe Mæcenates.

Hiponoſticon Laurentii Dunelmenſis carmine de veteri & novo teſtamento.] *Principium rerum.*

Galenus de morbo & accidenti.

Liber de febribus, quem tranſtulit Conſtantinus monachus Caſſinenſis ex lingua Arabica.

Commentarii Cæſaris.

Malmesbyri.

Juvencus poëta.

Opera Fortunati carmine ſcripta.

Gulielmi Meldunenſis Bibliothecarii libri 15^m. de ſerie 4^or. evangeliſtarum vario carminis genere.

Vita Paterni proſa, autore Fortunato.

Gulielmus Meldunenſis ſuper trenos Hieremiæ.] *Sæpe monuiſti.*

Idem de vita Aldhelmi.

Vita Aldhelmi, autore Faritio abbate Abbendonenſi. Patria Thuſcus fuit, ut ſcribit Gulielmus Meldun:

Beda ſuper canticum Abacuc.

Bedæ allegorica expoſitio ſuper Leviticum & Tobiam.

Claudii tres libri ſuper Matthæum.

Sententiæ Xyſti, interprete Rufino, qui contendit, hunc fuiſſe Xyſtum pontificem Romanum.

Quæſtiones Albini ſuper Geneſim. parvus libellus. Pag. 265.

Dionyſius, interprete Joanne Scoto.

Caſſiodorus de anima.

Exameron Baſilii.

Gregorius Nicenus de conditione hominis.

Roberti Crikelandenſis, cog. Canuti, prioris S. Frediſwidæ, libri quatuor, quibus titulus eſt, ſpeculum fidei.] *Audi Iſrael.*

Albinus ſuper Eccleſiaſten.

Groſſolanus, archiepiſcopus Mediolanenſis, de proceſſione Spiritus ſancti ad Alexium imperatorem.

Junilius ad Primaſium papam.

Apuleii liber periermenias.

Grammatica Euticis.

Tertullianus.

Epiſtolæ Albini.

Ex libro antiquitatum Meldunenſis cœnobii ad verbum tranſcripta.

Meildulphus vitam heremiticam ducens ſub caſtello de Bladon, quod Saxonice dicitur Ingebbone caſtel. Fuit autem conſtructum à quodam rege Britanno nomine Dunwallo Moliuncius. Civitas quondam ibi fuerat, quæ penitus deſtructa fuit

fuit ab alienigenis. Caſtellum ſe munitum cuſtodivit, quod per multum tempus ſtetit ſine habitatione propinqua. Regia enim habitatio & ejus manerium tam paganorum quam Chriſtianorum non longe fuit à caſtello apud Kairdurberg, quod Saxonice dicitur Brohambergh, nunc vero Brokenberg. Prædictus heremita petiit à caſtellanis tugurium ſibi fieri ſub caſtello, & obtinuit. non enim ibi erat magna hominum frequentatio. Hîc dum ſibi neceſſaria deficerent, ſcholares ſibi in diſciplinatum adunavit, ut eorum liberalitate tenuitatem victus emendaret. Brevi enim tempore ſcholares in exiguum conventum coaluere. Horum conſortio & exemplo S. Aldelmus ad plenum informatus artem dialecticam adjecit erudire. Unde hinc fugiens ad pedes Adriani philoſophi, abbatis S. Auguſtini Cantuar: per aliquod tempus ſtuduit, & ſufficienter edoctus Meldunum repetiit. Qui poſtea cum ſociis ſuis ſub Maildulpho monacho attonſus eſt, vivente Meildulpho
Pag. 266. poſt tonſionem ejus annos XIIII. Caſtellum prænotatum tunc fuit ſub dominio Eleutherii, epiſcopi Wintonienſis, qui dominabatur in tota Weſtſaxonia. Mortuo Maildulpho prædictus epiſcopus dedit ſitum Malmesbiriæ S. Aldelmo.

Æthelſtanus rex ſepultus Malmesbiriæ.

Ciceter, Cirenceſter, civitas paſſerum. The old trew name is Churnceſter, Ptolemæo Corinium.

Alexander Necham, canonicus & abbas Cireceſtrenſis, ſuper Pſalterium.] *De orto deliciarum paradiſi.*

Anno D. 1215. Alexander Necham fuit abbas ſextus Corinii, qua provincia (ut potui ex cœnobii annalibus colligere) ad triennium uſus eſt. Sepultus eſt, ut canonici affirmant, Wigorniæ in ipſo monachorum clauſtro. Uſus eſt familiaritate cujuſdam epiſcopi Wigorn. Floruit regnantibus Richardo & Joanne.

Ailredi, abbatis Rivallenſis, ad Ivonem liber de lectione evangelica, "Cum factus eſſet Jeſus annorum duodecim."] *Petis à me.*

Odonis, abbatis Muremudenſis, liber de analecticis ternarii.] *Quid dicendum ſit.*

Beda ſuper Eſram.

Gloſſæ Galfredi Babionis ſuper Matthæum.

Alexander Necham de laude divinæ ſapientiæ carmine.] *Gloria majeſtas.*

Roberti Canuti Crikeladenſis, prioris S. Frediſwidæ, omeliæ quadraginta ad Remaldum, priorem de Greſebeia.

Robertus Canutus de connubio patriarchæ Jacob.

Alexander Necham de laude glorioſæ virginis.

Idem de ſpeculo ſpeculationum.

Henricus

primus
Henricus ſecundus induxit Canonicos regulares, expulſis ſecularibus.

Abbas dixit mihi, ſe repperiſſe inter ruinas mœniorum arcuatos lapides inſculptos majuſculis literis Romanis.

Gloceter.

Osberni, monachi Gloceſtrenſis, Panormia inſtar vocabularii ad Hamelinum abbatem.] *Cum in nocte hyemali.* Fuit hic impenſe eruditus, ut facile eſt videre in reliquis ejus operibus quæ ſunt in bibliotheca regia. Floruit ſub Stephano & Henrico primo.

Zacharias Chriſopolitanus ſuper evangelia.

Ailredi Rivallenſis omeliæ triginta ad G. epiſcopum Londinenſem.] *Tempus eſt fratres.*

Stephanus Cantuar: ſuper Eccleſiaſten. Pag. 267.

Angelomi 4or. libri ſuper libros regum.

Trivet ſuper Pſalterium.] *Humana natura.*

Notulæ Stephani Cantuar. ſuper Eccleſiaſticum.] *Hoc nomen Eccleſiaſtes.*

Rabanus de naturis rerum.

Alexander Necham ſuper Cantica Cantic.

Haymo ſuper evangelia & epiſtolas Pauli.

Caſſiodorus de anima.

Ockami dialogi inter magiſtrum & diſcipulum.] *In omnibus curioſus.*

Ockam ſuper libros Sententiarum.] *Circa prologum quæro.*

Sampſonis Cantuar. omeliæ.] *Deponemus omnem malitiam.*

Sermones Caſſiani.

Gervaſius, presbyter Ciceſtrenſis, ſuper Malachiam de ordinis ſacerdotalis inſtructione.] *Conditor itaque noſter.*

Ejuſdem aliquot omeliæ. Fuit hic Gervaſius feliciter eruditus.

Fulgentius de Trinitate.

Baldwinus Fordenſis abbas de ſacramento altaris ad Barptolemæum, Exonienſem epiſcopum.] *Magnum & profundum.*

Fortunatus de vita Hilarii Pictavenſis.

Oſricus dux ſepultus Gloceſtriæ, qui cœnobium virginum conſtruxit, ubi nunc ſunt monachi. Pars magna veteris eccleſiæ etiamnum reſtat.

Lantony.

Clemens prior tertius inter Lantonenſes ſuper evangelia. Hinc conjectura eſt floruiſſe illum tempore Richardi primi vel Joannis.

Hulpericus de compoto.

Terentius, vetus codex.

Opera

Opera Sidonii Apollinaris.
Claudius ſuper Matthæum.

Pag. 268. *Tewkesbiri.*

Herebertus de Boſham de vita S. Thomæ Cant. cujus erat familiaris.
Odonis de Siritono ſermones.
Sermones Yſaac abbatis de Stella.
Alfraganus de ſcientia aſtrorum.
Gillebertus abbas ſuper Cantica Cantic.] *Varii ſunt adfectus.*

Wrangon.

Wyceter, Wicciorum civitas, Cairanguent.

Vita Egwini.
Vita Ethelberti martyris.
Sermones Okam.
Rabanus de corpore & ſanguine Chriſti.
Senati, prioris Wigorn. epiſtolæ.] *Serenitatis veſtræ dignatio.*
Vita Gregorii magni, autore Joanne Levita.
Commentarii Duncaht, pontificis Hibernienſis, ſuper libros Martiani Capellæ. opus eruditum.
Theophilus de differentiis urinarum.
Epiſtolæ Leonis.
Coſmographia Ethici.
Beda de arte metrica, & de tropis.
Monachi Worceſtriæ expulſis canonicis ſecularibus ab Edgaro inducti ſunt.
Oſwaldus archi. Eboracenſis,
Joannes rex,
Wolſtanus, epiſcopus Vigornienſis, } Wigorniæ ſepulti.

Perſore.

Elfrici grammatica Latino-Saxonica, decerpta ex Priſciano.
Beda ſuper parabolas Solomonis & Apocalypſim.
Monachi ab Edgaro Perſoræ inducti, expulſis monialibus.

Pag. 269. *Eoveſham, ab Eoves, ſubulco Egwini, ſic dicta.*

Calchidius ſuper Timæum Platonis.
Liber Periermenias Apuleii.
Adæ, Eoveſhamenſis abbatis, ad virgines de Godeſtoua.] *Sanctiſſ. ac dilectiſſimis.*
Idem de miraculo Euchariſtiæ ad Raynaldum.] *Diu jam ſatiſque.*
Ejuſdem aliquot epiſtolæ. Vixit tempore S. Thomæ Cantuar:
S. Wyſtanus, rex & martyr,
S. Credanus abbas,
S. Odulphus,
Egwynus abbas, } ſepulti apud Eoveſham.
Hiſtoria Pauli de Caſina.
Fortunatus.

Wynche.

Wyncheleſcumbe.

Ailredi Rivallenſis libri tres, quibus titulus, Speculum charitatis.] *Cum in exordio.*

Ejuſdem dialogus inter hominem & rationem.] *Quare triſtis es.*

Ejuſdem de amicitia libri tres.] *Ecce ego & tu.*

Ejuſdem de inſtitutione incluſarum ad ſororem ſuam.

Omeliæ Joannis de abbatis villa, alias Abbevyle.

Hayles.

Bruern ex fundatione Baſſeti.

Egneiſham ex fundatione Almeri, comitis Cornubiæ. Pag. 270.

Proſper de vita contemplativa & activa.

Hiſtoria Huntingdunenſis.

Gulielmus Meldunenſis ſuper trenos Hieremiæ.

Strateford.

Omnia fere opera Stephani Cantuar.

Marten abbay.

Waltham ex fundatione Haraldi.

Sententiæ Roberti Pulli, S. Romanæ eccleſiæ presbyteri Card:

Gualteri Magolonenſis de floribus Pſalterii.

Vocabularius Alex. Necham de ſingulis libris bibliothecæ.] *Poſt hæc de ſingulis libris bibliothecæ.*

Floriloquium philoſophorum Joannis Wallenſis.] *Cum enim debeamus apes imitari.*

Stephanus Cantuar: ſuper Eccleſiaſten, Tobiam, Judith, libros Macchabæorum, Paralipomenon, Iſaiam.

Aldelmus de virginitate.

Aldelmi,
Simphoſii,
Euſebii,
Tautuni,
} ænigmata.

Stephanus Cantuar: ſuper duodecim prophetas.
Expoſitio Gulielmi Parvi ſuper Cantica cantic:
Bethrammi liber de eo quod Chriſtus natus eſt de virgine.

Coggeſhawle ex fundatione Stephani regis.

Vita Davidis, regis Scotiæ, per Ailredum, abbatem Rivallenſem, ad Henricum ſecundum.] *Religioſus & pius rex David.*
Stephanus Langton de pœnitentia ſub perſona Magdalenæ.] *Miſerator & miſericors.*
Joannes Godard de triplici modo computandi ad R. abbatem de Coggeſhawle.] *Memini me ad ſuadelas.*
Pag. 271. Odo ſuper 5. libros Moiſis.] *Operis ſubditi materia.* Fuit hic Odo theologus exacte eruditus.

Colcheſter.

Omnes fere Latini poëtæ.
Hiſtoria Normannica, autore Dudone.
Coſmographia Ethici.
Paulus de Caſſina hiſtoricus.

Byri. Bederycheworth.

Abbo Floriacenſis de vita S. Edmundi marty: ad Dunſtanum, archi. Cantuar.
Simplicius ſuper prædicamenta.
Paſſio Demetrii marty. ad Carolum mag. autore Anaſtaſio.
Meditationes Alexandri Necham de mirabili converſione Magdalenæ.
Epiſtolæ Flacci Albini ſive Alcuini.
Monegaldus ſuper epiſtolas Pauli.
Adelardi Bathonienſis liber de naturis rerum inſtar dialogi. Vixit tempore Henrici.
Robertus Melundinenſis, epiſcopus Herfordenſis, ſuper Sententias, ſive de ſacramentis veteris Teſtamenti, ſcripſit duo pulcherrima juxta ac doctiſſima volumina.] *Nonnullorum ſcribendi conſuetudo.*
Trivet ſuper libros Boëtii de conſolatione philoſophiæ.
Waleys ſuper Pſalterium.
Ryngſted ſuper Proverbia Solomonis.
Kilwardby ſuper Ezechielem.
Necham ſuper Cantica.
Utredus, monachus Dunelmenſis, de eſu & abſtinentia carnium.
Idem de variatione profeſſionis monachorum & aliorum.

Pag. 272. *Ex vetuſtiſſ. codice Salluſtii.*

Qui vultis vitæ finem modo noſſe Jugurthæ,
Tarpeiæ rupis pulſus ad ima ruit.

Aldelmus

Aldelmus de virginitate carmine.
Aldelmi ænigmata.
Leges Longobardorum.
Vitruvius de architectura.

c

Fretulphi hiſtoria ab orbe condito ad Chriſtum.
Hovedeni hiſtoria incipiens à Beda.
Monachi flu. qui Burgum S. Edmundi præterlabitur, Ulnothes ryver vocant.

Eſt & Conventi in bibliotheca monachorum hiſtoria recentiorum temporum, autore Freculpho.

Hely.

Liber variarum Caſſiodori.
Quæſtiones Bedæ ſuper Geneſim.
Aldelmus de virginitate proſa & carmine.
Vitruvius.
Itinerarium Antonini.
Paſchaſius Radbertus ſuper Lamentationes Hieremiæ.
Andreas ſuper Heptacum.
Andreæ hiſtorica expoſitio ſuper Eſaiam, Hieremiam, & Danielem.

Walden.

Beda ſuper Cantica Cantic.
Berengaudus ſuper Apocalypſin.
Chronicon Petri de Hennam ab Engiſto ad annum domini 1244m.

Cœnobium S. Albani, Offa rege fundatore. Pag. 273.

Alexander Necham ſuper, "Quicunque vult."] *Caput aquilæ viſum.*
Chirurgia Joannis de Baro.
Tractatus Luciani de febribus & de epidimiali morbo.
Oribaſius.
Guarnerius Gregorianus.
Utredus Dunelmenſis de ſubſtantialibus monachalis regulæ.] *Novitio inquirenti.*
Liber Alex. Aphrodiſæi ad Severum & Antoninum de fato, & de eo quod eſt in nobis liberum.
Radulphi, Cantuar: archiepiſcopi, omelia ſuper, "Intravit Jeſus in quoddam caſtellum," quæ à pleriſque creditur fuiſſe Ancelmi prædeceſſoris ejus. Radulphus, ut memini, Gallus fuit.
Bachiarius, vir eloquentiſſ: de reparatione lapſi ad Januarium.
Matthæi Pariſienſis, monachi Sancti Albani, pulcherrima hiſtoria furto ſublata.

Ex libro de geſtis Offæ regis.

Warmundus, rex occidentalium Anglorum, pater Offæ Minoris, à quo Warwyc nomen ſumpſit.

Radulphus, monachus S. Albani, ſcripſit vitam S. Albani & Amphibali carmine heroïco. De hoc Radulpho Joannes Frumentarius, abbas S. Albani, inter illuſtres viros mentionem facit.

☞ Tres Offæ, Major, Minor, & Uffa, alias Offa vulgo dictus. Vita S. Albani carmine non indocto ſcripta.

Ex libro de geſtis abbatum S. Albani, quem ſcripſit Matthæus Pariſienſis.

Alfricus ſeptimus abbas piſcariam magnam ac profundam, quæ olim tutabatur aquilonarem partem veteris muri, quæ foſſâ carebat, redegit in aridam, ex cujus nomine Fiſchpole ſtrete ad huc nomen obtinet. Emerat hanc abbas à rege, quia regii piſcatores & miniſtri per hanc erant moleſti monachis.

Wulſinus ſextus abbas auxit mirum in modum ædificia in oppido S. Albani, conſtruxitque eccleſias S. Petri, S. Michaelis, & S. Stephani.

Eadfrithus abbas quintus conſtruxit eccleſiolam in tumulo ubi S. Germanus prædicavit.

Pag. 274. Offa S. Albani à Danis tempore Ulnothi, abbatis quarti, ſublata in Daniam, ſed poſtea recuperata.] Leyland. Hîc conjectura ducor, Matthæum Pariſienſem, monachum S. Albani, ſcripſiſſe librum de geſtis abbatum S. Albani. Scribit enim ſic de oſſibus S. Albani ſublatis in vita Ulnothi: "Hujus hiſtoriæ alis eventus ſeriem ego frater Matthæus Pariſienſis duxi literis commendandam, ne iterum incuria vel vetuſtate ab hominum memoria deleatur."

Mortuo Matthæo, ſucceſſionem abbatum alius monachus longo poſt tempore adjecit.

Alfricus abbas XI^us. Kyngesbyri, regale municipium Offæ quod adjacebat extremis partibus op. S. Albani, favore Ethelredi ſolo complanavit, præter unum propugnaculum, quod poſtea etiam dirutum eſt à Roberto abbate, permittente rege Stephano.

☞ Hic Alfricus abbas ſcripſit hiſtoriam S. Albani, quæ cantatur in eccleſiis. Frater uterinus erat Leofrici, archiepiſcopi Cantuar. Floruit temporibus Ædelredi & Edmundi Ireniyde.

Paulus 14us. abbas S. Albani eccleſiam ex lateribus forma qua nunc eſt ædificavit, adjuvante Lanfranco Cantuar. Leyland. Liquido apparet, eccleſiam ſtructam fuiſſe ex lateribus Verolamienſis muri.

Ex vita Roberti, abbatis 16i.

Nicolaus (quem alias vocat Brekeſpere) filius fuit cujuſdam Roberti de Camera, qui tandem factus fuit monachus S. Albani. Et poſtea addit, Nicolai pater ſepultus fuit in cap°. S. Albani juxta Ricardum abbatem. Et alio loco: Nicolaus de viculo Abbatis Langley cog. Brekeſpere obtulit ſe Ricardo abbati, ut monachus fieret; ſed repulſus Pariſios adivit, & poſtea factus canonicus apud S. Rufum non procul à Valentia.

Hæc ſunt à recentiori addita autore. Richardus de Walingfordia oriundus patre Gulielmo, arte fabro ferrario, poſtea abbas S. Albani, ubi poſtea doctiſſ. in matheſi compoſuit pulcherrimum horologium, & de apparatu ejuſdem

ejuſdem librum ſcripſit. Floruit tempore Ricardi 2i. tandemque in lepram incidit.

Ealredi vita abbatis 8i. Pag. 275.

Floruit tempore Edgari regis.

Ealredus abbas. Iſte antiquas criptas ſubterraneas veteris civitatis, quæ Werlamceſter dicebatur, perſcrutatus, evertit omnia & implevit, [a] tracones vero & vias cum meatibus ſubterraneis, & ſolide per artificium arcuatis, quorum quidam ſubtus aquam Warlamiæ, quæ quondam maxima civitati fuit circumflua, tranſierunt, diruit, implevit, aut obturavit. Erant enim latibula latronum, [b] veſpillonum, & meretricum. Foſſata vero civitatis, & quaſdam ſpeluncas, ad quas, quaſi ad refugia, redeuntes malefici, & fugitivi, à denſis ſylvis vicinis fugerunt, in quantum potuit explanavit. Tegulas vero integras, & lapides quos invenit, aptos ad ædificia ſeponens, ad fabricam eccleſiæ reſervavit. Propoſuit vero, ſi facultates ſuppeterent, diruta veteri eccleſia, novam conſtruere. Propter quod terram in profunditate evertit, ut lapideas ſtructuras inveniret. Quod cum feciſſent foſſores, juxta ripam aſſeres quernos cum clavis infixis, pice navali delinitos (quales ſolent eſſe in carinis) invenerunt. Nec non & quædam navalia armamenta, utpote anchoras rubigine ſemiroſas, & remos ablegnos, in certum & manifeſtum ſignum aquæ marinæ, quæ quondam Warlaceſtrenſe vexit navigium, repererunt. Quæ unda quo modo in parvum rivulum nunc contrahatur, & quo miraculo, hiſtoria de S. Albano evidenter explanat. [c] Conchilia vero & conchas, quales littus maris ſolet [d] educare vel projicere cum arenis æquoreis, quas inſolito veſtigio cives Verolamiæ properantes ad martyrium novi martyris quondam calcarunt, non ſine admiratione invenerunt. Unde nomina locis, ubi talia [e] reperiunt, incolæ hæc videntes vel impoſuerunt, vel retulerunt ſe à veteribus relata meminiſſe, utpote Oiſterhulle, Selleford, [f] Auterpole, Fiſchepole, nomen vivarii regis, ex reliquiis aquæ diminutæ. Specum quoque profundiſſimum, monte continuo circumſeptum, cum ſpelunca ſubterranea, quam quondam draco ingens fecerat & inhabitavit, in loco qui Wormenhert dicitur, in quantum potuit, explanavit; veſtigia tamen æterna ſerpentinæ habitationis derelinquens. Iſte autem Ealdredus, cum jam multam tam in lapidibus vel tegulis, quam materie lignea, ad fabricam eccleſiæ coacervaſſet quantitatem, matura nimis morte præventus imperfecto negotio, viam univerſæ carnis ingreſſus eſt.

a Id eſt, fornices. Forte à trachea. *Vide Watſii gloſſ. ad ſuam Matt. Paris.* *b* Veſpillonum *al.* *c* Conchilium vero conchas *MS.* *d F.* educere. *e* Reperunt *in Ed. Watſiana. L.* repererunt. *f* Anctepol *al.*

Ex

Pag. 276. *Ex vita Eadmari, abbatis* 9i.

Iſte quæ prædeceſſor ejus viriliter in primis eſt proſequutus, non in tantum deo placuit & martyri, ut domum ipſius martyris ædificaret & conſummaret, [a] ſimul factus [b] David." Acquiſita tamen, tam in theſauris, quam in materie adunata, ad eccleſiam conſtruendam, non diſperſit, vel conſumpſit. Iſtius abbatis tempore dum foſſores muros & abſcondita terræ rimarentur, in medio civitatis antiquæ cujuſdam mag. palatii fundamenta diruerunt, & cum tantorum veſtigia ædificiorum admirarentur, invenerunt in cujuſdam muri concavo depoſito quaſi armariolo, cum quibuſdam minoribus libris & rotulis, cujuſdam codicis ignotum volumen quod parum fuerat ex tam longæva mora demolitum, cujus nec littera nec idioma alicui tunc invento cognitum præ antiquitate fuerat, venuſtæ tamen formæ & manifeſtæ litteræ fuerat, quarum epigrammata & tituli aureis litteris fulſerunt redimiti. Aſſeres querni, ligamina ſerica priſtinam in magna parte fortitudinem & decorem retinuerunt. De cujus libri notitia cum longe lateque fuerat diligenter inquiſitum, tandem unum ſenem jam decrepitum invenerant, ſacerdotem litteris bene eruditum nomine Unwonam, qui imbutus diverſorum idiomatum linguis ac literis legit deſtincte ſcripta libri prænominati. Similiter quæ in aliis codicibus in eodem armariolo & in eodem habitaculo repertis legit indubitanter & expoſuit expreſſe. Erat enim litera qualis ſcribi ſolebat, tempore quo cives Werlameceſtriam inhabitabant, & idioma antiquorum Britonum, quo tunc temporis utebantur. Aliqua tamen in Latino. ſed hiis non opus erat. In primo autem libro, ſcilicet majori, cujus prius fecimus mentionem, ſcriptam invenit hiſtoriam de S. Albano, Anglorum protomartyre, quam etiam diebus hodiernis recitat legendo. Cui perhibet egregius doctor Beda teſtimonium in nullis diſcrepando. In aliis vero libris paſſim inventis reperit lector prædictus invocationes & ritus idololatrarum civium Werlamceſtrenſium, in quibus comperit quod ſpecialiter Phœbum deum Solis invocaverunt & coluerunt; quod perpendi poteſt per hiſtoriam S. Albani, ſi eam ſedulus lector intellegat. Secundario vero Mercurium, Woden Anglice appellatum, à quo quartus dies ſeptimanæ intitulatur, deum videlicet mercatorum; quia cives & compatriotæ, propter navigium civitatis & commodum loci ſitum, per unam diætam tantum à Londoniis diſtantem, fere omnes negotiatores & inſtitores fuerunt. Abjectis igitur & combuſtis libris, in quibus commenta diaboli continebantur, ſolus ille liber, in quo hiſtoria S. Albani continebatur, pro theſauro reponebatur. Et ſicut prædictus presbyter illam, antiquo

Unwona.

Pag. 277.

a Similis *in Ed. Waſſ.* b Salomoni *in Ed. Waſſ.*

Anglico

Anglico vel Britannico idiomate conſcriptam, in quo peritus extitit, legerat, abbas iſte Eadmarus per prudentiores fratrum in conventu fecit fideliter & diligenter exponi, & plenius in publico prædicando edoceri. Cum autem conſcripta hiſtoria in Latino pluribus, ut jam dictum eſt, innotuiſſet, exemplar primitivum ac originale, quod mirum eſt dictu, irreſtaurabiliter in pulverem ſubito redactum [a] cecidit. Et cum abbas memoratus profundiora terræ, ubi civitatis Verolamii apparuerunt veſtigia, diligenter perſcrutaretur, & antiquos tabulatus lapideos cum tegulis & columnis inveniret, quæ eccleſiæ fabricandæ fuerant neceſſaria, ſibi reſervaret, quam propoſuit S. martyri Albano fabricare, invenerunt foſſores in fundamentis veterum ædificiorum, & concavitatibus ſubterraneis, urceos & amphoras opere fictili & tornatili decenter compoſitos; vaſa quoque vitrea, pulverem mortuorum continentia. Solebant enim antiquitus cadavera mortuorum comburere, unde funus quaſi fumus dicebatur. Inventa ſunt inſuper fana ſemiruta, altaria ſubverſa, & idôla, & numiſmatum diverſa genera, quibus utebantur antiqui cives Verolamii idololatræ. Quæ omnia ex præcepto abbatis ſunt comminuta.

Pag. 278. vacat.

Ex antiqua tabula. Pag. 279.

Offa Ethelredum, regem Cantiæ, interfecit prope villam Otteford. Leyland. Conjectura eſt Otteford ab Offa nomen traxiſſe.

Offendyke in finibus Walliæ opus Offæ regis.
Offekyrke in finibus Walliæ opus Offæ regis.
Oſſa S. Albani ab Offa levata.
Offa fundavit cœnobium in Bathonia.
Offa fuit Romæ.
Romeſcot pecunia per Offam conceſſa.

Leyland. Eſt eccleſia ſuper Avonam flu. mediterraneum Offekyrche nomine.

Dominabatur Offa in viginti tribus provintiis, quas ſhiras vocant, partim hæreditate, partim conqueſtu.

Ex quadam hiſtoriola è Gallica lingua in Latinam verſa.

Amphibalus, filius cujuſdam principis Cambriæ, Romam cum magno numero nobilium juvenum, inter quos erat Albanus, ad Diocleſianum miſſus.

Amphibalus doctiſſimus Latine & Græce à Zepherino papa Romæ ad fidem converſus.

Albanus tyro arma a Diocleſiano accepit.

Albanus ſeptem annis cum Diocleſiano fuit.

Albanus à Diocleſiano in patriam remiſſus, factus eſt princeps militiæ & dominus Verolamii.

Albanus ab Aſclepiodoto in carcerem detruſus.

[a] Cecidit annullatum. Et cum &c. al.

Locus,

Locus, ubi nunc eſt monaſterium S. Albani, olim Verolamienſibus locus fuit ſupplicii, à Saxonibus poſtea Holmhurſt dictus.

Maximianus Herculeus in Britanniam miſſus, ſub quo & Aſclepiodoto paſſus eſt Sanctus Albanus.

Pag. 280. Nobile illud ſtratum, quod vulgo Watelyngſtrete vocatur, inventum fuit anno domini M. D. XXXI°. in veteri urbe Verolamienſi, dum quidam harenam ad reficiendas publicas vias quæreret. Semita octodecim pedes lata, decem profunda. In fundamento ſemitæ ſtrati erant ſilices maximi, quemadmodum & olim fortaſſe in ſuperficie ſemitæ. Sed jam in ſumma parte ſemitæ nulli ſilices apparent. Eſt etiam ſemitæ facies jam cum reliquo æqualis campo. Arena, quæ illuc ante tot ſecula per carras deducta fuit, manet etiam num firmiſſima, & fulvo colore, perinde ac ſi ex arenariis ante aliquot menſes effoſſa fuiſſet.

Inveni prope Watlingſtrete in ruinis Verulamii canales (ut ego arbitror) aquæ ductus, ex coctis lateribus ſed rotundis, quorum ſinguli ſingulis capitibus inſerti erant. Lateres ita mihi viſi ſunt recentes ac ſi ante aliquot dies cocti fuiſſent.

Vidi etiam locum, nunc obductum fruticibus, ubi probabilis conjectura eſt, fuiſſe palatium Verolamii.

Caput S. Albani ornatum aurea corona, [a] habente nomen Offæ regis inventoris inſcriptum.

Tomum claudit Lelandi Strena, ad Henricum Octavum, lingua vernacula. Sed opera dedita hîc loci omiſimus, quoniam in lucem edidimus ad initium primi voluminis Itinerarii Lelandi.

[a] Habentem *MS.*

Finis Tomi tertii Lelandi Coll.

Joh. Gower. 179.
Hen. Gower Ep. Menev. 55.
R. Baconis Opera 57. 58, 59, 60.
Limites Sedes Episcop. Mercionum 75.
S. Chad at Lich. f. 180